 Torserit: & facti post mortem pramia sumet . .
 de re iudic. Inter mortales qui non obseruat honestum;
 cum eterni. Iusticiæq; uiam uiuus: post fata seuerum
 lib. yi. Quæstorem inueniet: nec tunc sapientia mundi;
 Sap. y. Nec uires animi censuram auertere possunt.

DE AVARICIA & PRODIGALITATE.

Pertinet ad proram nauis: cui summa uoluptas
 Est in diuitiis: terrigenisq; bonis:
 Gaudia magna putat nummos seruare dolosos:
 Nec fruitur partis: stultus ubiq; suis.
 Qui legit immensum nummorum pōdus & auri:
 Raraq; de partis captat solatia rebus:
 Stultus ad illecebras / & gaudia sera nepotum
 Congerit hos sumptus: terraq; uorace recondit;



AVARI TIA.

Mens auari
semel uicu-
lis cupidita-
tis astricta:
semp aurū/
semp argen-
tū uidet. gra-
tius ituetur
aurū q̄ solē
Sed nec sa-
cietas unq̄
neq; finis ad-
erit cupidi-
tati.

xlvi. dist. si-
cut.
Psalmo. xl-
yii.

Ecclesia .v.
Psalmo. xl-
yii.

Ad stygios penetrat sed cum defunctus auernos;
Et uada cocyti tenebrofi pallida lustrat;
Nil sibi diuitiæ profunt; nil sortis auaræ
Congeries: sitiens Acherontis flumina gustet.
Stultior est timodo multum; mihi credit; auaro

- C. de cura. Prodigus: acceptis qui nescit limina rebus
 furio. l. i. Ponere: sed uirtus census largitur iniquis.
 Et male quesitis opibus: ludibria uendit.
 Vede aiam Est qui sollicitis stultus compilat amicis
 Lucro. Per Diuitias: anime nec uult curare salutem;
 sius. Sed uigilare metu trepido noctesq; diesq;
 Iuuenalis. Cogitur: ut posita sit magnum pondus in arca.
 Heu frustra diues: inferna nocte sepultus.
 Luce. xvi. Non tibi delicias prestabit copia rerum;
 Iob. xxvii. Heredesq; tui nullo te munere uellent
 Soluere: liuentis fugeres ut tartara ditis.
 Tantalus. Tantalus alter eris: glauco qui postus aceruo.
 Vndarum: inter eas sitibundo gutture flagres.
 Thob. iiii. Largiri debes pro diui nomine christi
 Danie. iiii. Pauperibus: coeli capies sic regna sereni.
 Luce. xi. Optauit nemo sapiens: q; in orbe potenter
 Tullius in Regnare: diuesq; foret: sed dulce Mineruæ ut
 para. Dogma sequi posset: secuta ut uiueret aura:
 Crassus. i. q. Excellit sapiens cuncti spectacula mundi.
 i. c. q; qd. y. Auri sacra fames Crassum anticipare cœgit
 crassus. Fata: q; is cupidus part horum uasa sitiret.
 Thebanus sophiam cum uellet discere Crates;
 In mare proiecit nummos pondus & auri.
 crates the / Qui uigilant igitur terrenis rebus: auernis
 banus. xii. q. Cōmendant animas uacuis: ditiq; parentant.

DE NOVIS RITIBVS.

Quisquis amat ritus proferre & fingere inanes;
 Instituens populos sic nouitate rudes;
 Is mala dat cupidæ ludibria multa iuuentæ;
 Et stultum manibus stultior ipse trahit.
 Tempore que fuerant ignominiosa uetusto:
 Atq; scelestâ nimis: iam nostra ætate probantur
 A multis: ritusq; noui seruantur honore.
 Laudis erat quondam barbatus esse parêtes;

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
JOSE TORIBIO DE ANA

A VIRO
RVM esse
minatio.

Rasit Anō
dimidiā par
tē barbe eo
rū: & presci
dit ueltes eo
rum medias
usq; ad na
tes. Erāt autē
uiri turpiter
cōfusi ualde
Ve mūdo a
scandalo.

Vos ceteri
iuuenes anī
mos geritis
muliebres.
Illaq; uirgo
uiri.

Ennius &
Tullius in
officiis.

Math. xviii.
ii. Regū .x.
Socrates,

Atq; supercilium mento gestare pudico'. :
Socratis exemplo barbam nutrire solebant
Cultores sophia: quorum sapiētia mundum :
Deseruit: celsas Iouis et conscendit ad arces ;
Sed nunc irrepsit morum corrupta libido;

1.2.22

Novitati
bus indulgē/
dū nō est. xi.
dif. c. fi. d. cō
sue. cum cō
suetudis iu
uenalis.

Symcābri.
Aethiopes.
de ui.
& hono. cle.
ca. pe. Tulli
us xx. q. i.
c. ult.

li. i. C. de
uestiolob &
aur. li. xi.

xxx.
dif. si q. & x
xy. dif. si qs
uiorum.

Germania
Seneca in
hercule ce/
theo.

Manauitq; nefas; & uite subdolos usus.

Ecce pudet multos barbaram nutrire seueram

Sed uellunt toto excretos; de corpore pilos;

Vt seruare cutem mollem; corpusq; supinū

Possint; & stultum casus ductare per omnes.

Crinibus in nodum contortis more sycambri;

Aetiopumq; micant; crispantes ferre capillos

Fas reputant; nudos fucati & pectoris artus

Pandere; ut ingenuas possint captare puella

Colla premunt quidam sertis; & torquibus aureis;

Et digytos onerant gemmis; auroq; rotundo.

O mores hominum; corrupta o tempora; & atra

Nemo nefas censet uestes gestare plicatas;

Atq; habitus curtos nimium; tinctosq; colore;

Vnde palam apparent genitalia membra; pudore

Deposito; & nullo conduntur tegmine clunes.

Quid tunicas memorem uarias; quid pallia narrem;

Fimbria que croceo uestit circumdata lymbos

Quid ue pedum referam uestitus usq; probrosos?

Moribus assyrios sequimur; Thurcolq; prophanos;

Et recencitorum peiores ritibus; e heu

Talia cur pateris pugnax Germania; pelle

Pelle inq; ritus media de gente pudendos.

Ne ue tuam perdas famam; deus ultor acerbus

Hos premet; e quorum nascuntur crimina uita.

DE ANTIQVIFATVIS.

DE ANTI
quis fatuis.
Inueterate
dierū malo
rū nūc uene
rūt peccata
tua q̄ opaba
tis prius.

Ad patulum quis languens declino sepulchrum;

Triuerit & metam iam mea uita datam.

Non tamen antiquos fatuorum desero mores.

Stulticiaq; uias inueteratus amo.

Inueterata mee dementia crassa senectē;

Non solitos linquit mores; uitam ue priorem;

Sum puer; et centum transacti temporis annos;

Cōnumerare queo; nec enim sapientior usq;



A seniore
 egressa
 ē iqtas. Pu
 ex cetū āno
 rū moriet.
 & pctōr cē
 tū ānoꝝ ma
 ledictus erit
 Stulticia ē q̄
 me nō sinit
 esse senem.

Esse uelim: pueris stultorum signa ministro.
 Stulticiaq; meæ regimen præscribo malignum;
 Et mala uiuendi mihi testamenta relinquo;
 Exempla mali sum duxq; & pessimus auctor.
 Quod puer edidici; facto monstratur inertis;

Esaie. lxy.
 c. ex studiis
 &c. cū in iu
 uentute.

De presum
ptionibus. Stultus ego semper: tamen hanc laudari arte
Percupio: insanam & sceleris protendere famam;
Et uicium monstrare meum: moresq; pudendos
Audeo: de celebri tanq̄ certetur honore:
Nunc refero per me deceptas undiq; gentes:
Me duce nunc iacto tot semina sparsa malorum:
Immemor hunc prauum uite conuertere cursum.
Quin doleo: q; non consueto tramite semper
Ire queo: & stultas penitus consummere uestes.
Sed quia non ualeo cursum complere uetustum:
Hæc nato discenda meo: teneroq; nepoti:
Proponam: fingamq; uias ad crimina largas.
de conse. di.
y .c. ulti. in
glo. Hic alacer / fatui patris: uestigia tentet:
Et discet prodire gradu genitoris iniquo:
Gaudet & ipse parens: natus q; crimine maior:
Progressum sceleris superat: numerumq; malorum:
Spernq; gerit pulchram de nato: quom sua gestat
Signa: quibus uite male sanos triuerit annos.
Moribus in prauis uersabitur illius etas.
Stulticiæq; uias nunq̄ postponet inertes:
Ergo reget pictæ stultorum carbasa nauis:
Proh pudor: effœta quid nunc cupis esse senectas?
Semper & in tenebris præsentia uota morari
Danielis.
xiiii. Inueteratus enim fatuus bene uiuere nescit:
Nescit & ex animo fœdos depellere mores.

DE DOCTRINA FILIORVM.

Indulget quicumq; suis ad crimina natis;
Sedulus emendat nec puerile nefas:
Sentiet is tandem damnum / serosq; dolores:
Ascendetq; noue splendida transtra raris.
Stultus erit semper / miser / & cæcatus ocellis:
Quem non cura trahit natorum: quæq; modesta
Vita fugit: tæneros animos ut moribus ornet:



DE ERV/
ditione pue
rorum.

Qui parcit
uirge odit si
lium suū: q
āt diligit il
lū instanter
erudit. Noli
subtrahere
a puero di
sciplinā. Si
enī pculse
ris eū uirga
non moriet
Tu uirga p
cutis eū: &
animā eius
ab iferno li
berabis.

Temperet aut opera nascentia fata frequenti.
Non errare uetat: scelerum nec limina claudit;
Viuendi ue modum natis proponere curat.
Non bene consulitur lasciue: crede: iuuentē;
Si sine morigero passim ductore uagatur.

Sicut oues cursum linquunt pastore remoto.
 Sollicitatq; uagas nimium concessa uolupras
 Sic tua per sceleris torturam pignora currunt.
 Stulte parens: natos cur excusare laboras?
 q; teneri nequeant recti conscendere callem;
 Et sentire nefas: aut ueri noscere cursum?
 Non atas mollis: non frontis barba tenellæ
 Te excusare potest: teneris sapientia crescit
 Cordibus: & sancte disponit semina uitæ:
 Quin melius retinent pueri documenta tenelli.
 Nam cecinit quōdam Romæ Venusinus alūnus
 Quo semel est imbuta recens seruabit odorem
 Testa diu: remanentq; rudis primordia uasis.
 Flexilis est iuncus: salices flectuntur amara:
 Robora dura minus: quid enim nunc prima moraris
 Tempora frugiferis citius depascere rebus?
 Quid moderata nocet pueris correctio blandis?
 Nam ferulæ: morum præbent alimenta bonorum:
 Expelluntq; malos incocti pectoris æstus.
 Ob culpas aliquando graues luxere parentes
 Priamus. Crimina natorum. & uitam ingemuere nocentem.
 Adsit in exemplum Priami fortuna potentis;
 Iliacas qui perdit opes: cum nauibus altis
 Filius Argolicas properat lasciuius ad oras.
 Adsit in exemplum Tarquini fama superbi:
 Tarquinius Ob scelus infandum nati: luxumq; pudendum:
 supbus. Quo bona stuprate mentis Lucretia luxit:
 Lucretia. Expulsus regno: latius errauit in oris.
 Catelina. Transtulit innumeros ad nos Catelina nepotes:
 Filius assequitur patrem uitiusq; uicissim
 Indulget: moresq; bibit ratione carentes.
 Heu melius pueris nunc cōsuleretur: inertes
 Ductores fugerent: si iam stultosq; magistros;

Prudentesq; bonæ laudis sequerentur alumnos.
 Peleus emonio quondam rex clarus in orbe:
 Curam magnanimi phænici iudulfit Achillis:
 Traderet ut sanctos tenexo pro tempore mores.
 Rex quoq; pellæus magna cum laude Philippus:
 Per loca Graiorum quærebat cuncta magistrum;
 Posset Alexandrum qui dogmata culta docere:
 Doctus Aristoteles tandem compertus: adibat
 Magnanimi curam regis: pectusq; fouebat
 Artibus ingenuis: dabat & præconia linguæ.
 Doctus Aristoteles primum documenta Platonis
 Candida gustarat: sophiæq; exceperat artes:
 Antea q̄ teneros studio pascebat alumnos.
 Tempore sed nostro dementes cura parentes
 Nulla trahit: natos uideant ut rite peritos:
 Conducantq; grauem digna mercede magistrum.
 Ergo nunc fatuus procedit de patre stulto;
 Quæritiis largitur opes: studioq; decoro
 Parcit: & ingenii uirtutes negligit omnes.
 Thebani Cratis tristis querimonia fertur:
 Si mihi: dicebat passim clamare liceret:
 Vos omēs fatuos uellem appellare probrosos:
 Quos agitat nimio funesta pecunia ludo.
 Diuitias legitis natis: & dogmate nullo
 Pectora lactatis: nec dexteritate foueris:
 Tandem pænitet & sceleris permissio mordens
 Grandæuū patrem; sero at medicina petetur,
 Natorum quidam sceleratis undiq; rebus
 Se sociant: summiq; patris diuina lacessunt
 Numina: nonnulli uitam sine fine prophanam)
 Sectantur: uitiumq; petunt noctesq; diesq;
 Atq; relicta malo fundunt patrimonia ludo.
 Quidam delitiis lasciuī corporis ardēt:
 Et luxu flores consumunt temporis omnes.

qui discipu-
 los didico
 reddūt stul-
 tiores q̄ ac-
 ceperant.
 Tul. peleus
 de quo Ho.
 Philippus.
 Alexander A-
 risto. Plato.
 prouerbi. x.

crates the-
 banus.

prouer. xix.
 Eccle. xxii.

Deutero.
 xxi.

- Ille bibit cyathos sitiens; plenamq; lagenam.
 Euacuat: nulloq; modo discrimina ponit.
 Sed pueri qui non teneris lactantur ab annis
 Artibus ingenuis: studiis nec rite fouentur:
 Ad uitium faciles sunt: & delicta parati.
 Nil melius gracilem poterit nutrire iuuentam
 Et morum præstare uiam: uitamq; modestam
 Quam salubris docti siquidem doctrina magistris
 Principiū/mediū/finem quoq; præbet honoris.
 Vtilis ad teneros spectat correctio natos.
 Nobilitas res magna satis: decorare pusillos:
 Quæ solet: at proprio non est quæsitā labore.
 Profuerit quid enim maiorum stemma? quid autem
 Nobilitate tumes: quam non uirtute decora:
 Moribus aut cultis meruisti o stulte: miselle?
 Sæpe malos catulos pariunt animalia blanda:
 Sæpe mali: pueri casto nascuntur ab aluo.
 Sed pater in culpa est: qui non uult esse seuerus
 Dogmaq; nec gratis uiuendi suggerit aptum.
DE LATORIBVS & LITIGIORVM promotoribus.
 Qui duplici lingua litesq; & iurgia uendit;
 Et de latoribus fungitur officio:
 Inter contiguos ponens sua crura molares
 In precium sceleris sentiet exitium.
 Gaudia summa putat quidam miscere sinistris
 Litibus: atq; homines ad iurgia uana mouere.
 Gaudet & interdum rixis turbare molestis
 Pectora: sic igitur male sani est criminis auctor:
 Ore tenet uirus: lingua mendacia fingit:
 Atq; dolos uersat: quibus impugnare nocenter
 Cōcordes animos & pectora dulcia possit.
 Sæpe ferit graui ter pherato uerbera lingue
 Infantes hominum mentes: moresq; lacellit:
 Inuocuos uita: & fautores dispare uoto

xii. q. i. offis
Gene. lvi.


proverb. x.
ix. Eccle. vii

Seneca
Iuuenalis.

Eccle. xxi.

prover. xvi.
& xix.

Ecclesia. lxx
vii. Ecccl. x.



PROCV /
 ratio rixarū
 Vir insipiēs
 fodit malū:
 & i labiis e /
 ius ignis ex
 ardescit. ho
 mo peruer /
 sus suscitāt
 lites & uer /
 bosus sepat
 p̄ncipes. Pa
 rata sūt deri
 soribus iudi
 cia: & mallei
 percutiētes
 stultorū cor
 pibus. Quī
 in altū mit
 tet lapidē su
 p̄ caput eius
 cadet. Et q
 foueā fodit
 incidet in eā

Inter se semp uersari & uiuere poscūt.
 Nec tamen interea sentit sibi uulnus adactum
 Vir bonus: accusat quem delatoris iniqui.
 Lingua. sed adueniunt seri lamenta doloris.
 Delatore nihil peius: nil turpius usq̄:

Prone. xx /
 ix.

- Prouerbio.** Cuius in ore sonant læthalis sibila morsus:
xxiii. Milleq; pictarum fraudum mendatia subsunt.
 Si uidet immoto concordēs uiuere nexu:
 Si socios aliquos; fidos seu noscit amicos:
Esa .xxxii . Mortiferum uirus rauco de gutture ructat.
 Vnanimēsq; studet comites a foedere dulci
 Soluere: concordēs queat ut confundere mentes
 Mox tamen excusat linguæ rabiosa proteruæ,
 Sibila: & infontem se a talibus esse fatetur.
 Et sceleris tegit occulte maledicta; perosa:
 Sic quidam applausus quærunt; cupiuntq; placere
Terē. in en. Istis de quorum nil sanum pectore manat:
 Fallaces Dauī: Gnatones; & parasyti:
Horatius Osores rabidi: balatrones; hoc genus omne
 Garrula mordacis diffundit semina linguæ.
Sapientie. i. Quisquis amicitia; nexum dissoluit; & atro
prouer. xix. Stigmate concordēs maculas; & iurgia uendis:
 Indignus uita es præsentī carcere dignus;
 Perpetuo; ut careas uiuaci luce perosus.

NON SEQUI BONA CONSILIA.

- Est; & non: solers/ causa qui dicere in omni
 Nescit; & in quouis tempore recta sequi:
 Omnibus in rebus nec sanos consulit: ille
 Damnorum fatuus præmia solus habet.
 Stultus iners ille est; qui prudens usq; uideri
 Gliscit; & assueto tractat ludibria carisu:
prouerbi. x Sed dum se nimium prudentem; & ad omnia uafum
iiii. & xi. Estimāt; haud dubio fatuis est stultior illis:
 Quorum somnifero mens est cecata furore:
 Sit sapiens; cædo: munitus uiribus; atq;
 Dotibus eloqui; tamen hæc ignauia nunq;
 Deserit assuetas confusi pectoris artes.
 Consilia alterius refugit; spernitq; bonorum



SPERNE
re cōsilia sa
lubria
Est uia que
uidetur hoī
iusta: nouissi
ma aut eius
deducūt ad
mortē. De
spexistis oē
cōsiliū & in
crepationes
neglexistis.
Ego quoq; ī
interitu ue
stro ridebo:
cū irruerit
repētina ca
lamitas. Sa
lus autē ubi
mlta cōsilia

Sensa: quibus proprie mentis corroboret actus.
Effutiunt multi phalerato uerba colore;
Et cupiunt uerbis prudentes inde putari:
Hi terram findunt aratro / temoneq; longo:
Stultorum gressu tacito monumenta perarant.

puerbi. i.
Ecclesi. xix.

- c. ne. inite/
ris de cōsti. Confiliis nempe usq; suis: cœptoq; furori:
Pyrrhus e/
pirotarum Confidunt: nusq; monita & meliora sequentes.
Rex Pyrrhus ad aufonios populos non castra locasset:
Haudq; fuga tantas clades cōmiserit auctor:
Callida si Cynææ docti cōnsulta probasset.
Inconsulta ruit bellis priameia proles
Hector Hector: Achillea misere confosus ab hasta:
Dum fugit annosi temere mandata parentis.
Nero Sic Nero crudelis iustas dum negligit artes
Confiliiq; modos: telo transfixus acuto:
Thobias Sera luit meriti maleficus damna furoris:
Fertur Thobias gnatum monuisse decenter
Vt bona prudentum sequeretur gesta uirorum.
Roboam. Dum: temere antiquos spernit Roboam sapientes
Eccle. xlyii. Innumeras perdit gentes: atq; improbat acta.
Plura tibi possem prisecorum exempla referre:
Qui dum sectantur proprium caput: & sibi tantum
Confidunt: ueterum & nolunt consulta uidere:
Incurrunt pœnas meritas: & tristia fata:
Perpetuoq; trahunt fatuæ telluris aratrum.
- DE IMCOMPOSITIS MORIBVS.
- Qui tenet incomptos mores gestusq; pudēdos:
Et gestat uultum mobilitate leuem:
Maturat fieri stultus: turbamq; prophanam:
Querit: & assiduo pilea stulta trahit.
Sapien. xii. Moribus ingenuis paucissima turba uirorum
Ecclesia. xx. Iam superest: sed enim plures ad crimina currunt:
Math. vi. Et properat gustare nefas: turpesq; malorum
Illecebras: & sic stultorum imitauerit escas.
Turpibus: heu miseri mortales: moribus omnes
Sun: modo cœcati: nec curant numera uitæ
Candida: nam paribus uitis iuuenesq; senesq;
Aegrotant: nullo gradu distantia mores
Separat hosce malos: mētes nec ad optima transfert.



DE COR-
RVP TIS
moribus.

Infant iū in
fensorum
more uiuen-
tes: propter
hoc tanquā
pueris isen-
satis iudiciū
in derisum
dedisti. Mo-
re i discipli-
natorū alli-
due erit. Bo-
ni autē mo-
res plusq̄ di-
uitie opantē

Math. vii.
Treno. iiii.
Esaie. lvi.
Esaye. lvi. j.
Math. xy. j.

Esa. xiii. ii.
thimo. iiii.
Sapien. xii.

Crinibus intortis quidam ludibria tractant:
Quidam se manibus iactant: uultumq; modestum
Assumunt nulq; leuibus sed moribus usq;
Se fatuos cunctis ostendunt: seq; perosos
Redddunt; & grauium fugiunt commertia rerum.

Iacobi. ii. Instabilis uita est illorum / stulta / pudenda /
 Inconstans / leuis & cum tempore mobilis omni
 Incessu quidam deformia gesta refingunt
 Deformantq; gradus: fatie quoq; mera relaxant
 Ludicra: nec quicq; faciunt ex ordine certo.
 Mens leuis est illis: animus quoq; dissonus: illos
 Vexat: & errores oculis & nubila crassa
 Obiicit: & mores uita deturpat inerti.
 Qui sapit: & mentem laudatis moribus auget :
 Atq; modum uitæ studet obseruare decorum
 Quicquid agit: plausu populi laudatur amici:
 Easq; putat: quicquid sapiens agit ille: facitq;
 Qui grauitate bonos mores coniunxerit usq;
 Incipit: ut docti referunt: sapientia prima
 Moribus a cultis: & dexteritate modesta:
 Et timor ingenue confert exordia uite:
 Et pudor: atq; fides / probitas / constantia / uirtus:
 Laudatos faciunt iuuenes: claramq; sænectam.
 Pax etiam tantis uirtutibus addita: præstat:
 Sinceros uitæ mores / & candida fata.

DE LESIONE AMICITIE.

Qui facit iniusticiam
 Exercet & potentiam
 In uiro forsan humili
 Hic facit scrobem tumuli.
 Est fatuus uecoris: stultus / ferus / atq; malignus
 Cuius subiectos iniusta potentia stringit.
 Et premit insontes nullo de iure subactos.
 O iudex attende boui documenta decoris.
 Non licet iniuste nimium: nimiumq; potentex :
 Innocuos turbare uiros: & iura superba
 Dicere: que nequeas illæsa mente profari.
 Pessimus ille quidem est fidum qui pungit amicum:
 Et nocumenta suis rebus damnosa ministrat;



Verus amicitie gradus est: prodesse uicissim;
 Et facere alternis uicibus bene facta propinquis.
 Tempore iam nostro non producantur amici;
 Quales argolicas quondam uiguerunt per oras.
 Filius aequorea; nympha formosus Achilles;

VIOLA
 RE amicos.

Ne molia-
 ris amico
 tuo malum;
 cum ille in
 te habeat fi-
 duciam.

Qui uni ho-
 mini facit in-
 iuriam; mul-
 tis minatur.
 Potêtes po-
 tenter tor-
 menta pati-
 entur.

puerb.iii.&
 xi

Eccle. xxy.

Luca. xi.

Achilles pa-
 troclus

- Pylades Atq; Menoecides falsis confossus in armis.
 Horestes. Quas pylades laudes: præconia quanta meretur:
 Impiger insanum nusq; dum linquit Horestem:
 Atq; per ignotas terras comittatur amicum.
- Demades. Quid Demaden laudo: quid pythia carmine tollo?
 pythias Pignus amicitiae solido qui adamante ligantur:
 Scipio. Scipio magnanimus libyæ dominator & arcis
 Sydonia: charos recte est ueneratus amicos:
- Lelius. Lelius ast itidem nobis exempla probata
 Præbet amicitie: cunctis imittanda per orbem.
- Theseus Theseus argiuis timor & formido tyrannis
 Qui fuit: & stygio uictor bene notus in orbe:
 Per diras acherontis aquas: per liuida regna:
 Per uada læthæ fluuii per tartara nigra
- perithous Perithouum fidem comitem fuit usq; sequutus.
 Heu nunq; tales nunc inueniuntur amici.
- puerbi. xiii. Utilitas proprii cunctos iam uexat honoris.
 & .xxix. Nulla fides: pietas: constantia nulla relucet.
- Ecclesiastici Est animus nobis omni pernitor hasta:
 xxxvii. Nec manet incursum mens deprauata benigno.

DE CONTEMPTU SCRIPTURÆ.

- Si quis credere uult loquacitati:
 Atq; omni fatuo: uidens libellos
 Tot scriptos: anime bonum docentes:
 Ad nostros fatuos parat rudentes.
- i. ad Thi. iiii. Credere scripturis nolit quicumq; uetustis:
 Luce. xvi. Atq; prophetarum diuinos negligit orsus:
 Est fatuus/nugas potius dum querit aniles:
 q̄ bona celicolum sapiens documenta sequatur
- Ecclesia. iiii. Credere qui scriptis non uult: quibus arma salutis
 marci. xvi. Constant: & fidei firmantur robora sacra:
 Iohan. iiii. Non hominis uitam gerit is quin more serino
 Non putat esse deum: nec fata potentia coeli:
 Nec superos trepidat. dominum nec credit olympi.



SCRIP-
TVRE cō-
temptus.

Erit tempus
cum sanam
doctrinā nō
sustinebunt
sed a uerita-
te qdem au-
ertēt
ad fabulas
aut cōuertē-
tur. Si q̄s ex
mortuis ie-
rit ad illos
pniam agēt
habēt moy-
sen & pphe-
tas audiant
illos.

Nil iuuat assidua quosdam lassate querela:
Atq; docere bonos mores: uitamq; decoram;
Nec iuuat et herei depromere intinera regni;
Aeternosq; cboros superum: sedesq; beatas;
Nec prodest stygias undas; exibiq; meatus

Psal. xiii,

x. di. c. fi,

- Psal. xci. Pandere lethiferos: cinctos liuentibus undis:
 Contio quid prodest fatuis: quid lectio sacra?
 puer. xxiii. Quid prodest recitare sacras per pulpita leges?
 Dogmata quid profunt a nostris scripta prophetis?
 Sunt adeo obtusi quidam: q̄ credere nolunt
 prouer. xii. Scripturis fidei: & preceptis iure probandis.
 Iuuenalis. At certe hi fatui nullo terrore tenentur:
 Nec duras barathri pœnas: nec uerba ditis
 Esse putant: cæco sic ducunt tempora cursu:
 Infanoq; nimis uiuendi errore uagantur.
 Luce. xxi. Ante pedes cernis fidei monumenta sacrata:
 Cernis & antiquas leges: christiq; triumphos:
 Nec tamē atte adis quid diuum pagina dicat:
 De cog. Vnde salus animæ manat: requiesq; perennis:
 spi. cum uix Non tua simplicitas poterit defendere crassos
 Errores: qui te tandem sub tartarra mergent.
 Ergo malam cuncti uitam emendare laborent.
 Eccle. iii. Nam deus omnipotens sceleratos lance tremenda
 Math. xxi. Iudicat: & uarias infert formidine pœnas.
 Luce. xiii. Immittitq; animas orco quo luce carebunt.

DE INPROUIDIS FATVIS.

- Qui non prius scit parare
 Sellam: q̄ uult equitare.
 Si is cadit inconsultus:
 Risum mouens: erit stultus.
 Sunt fatui ulterius cupio quos rite docere
 Ne semper mentis nubilla cæca gerant.
 puer. xiiii. Incautus quia nam demensq; improuidus: atq;
 Psal. clxxx. Ignauus: curat fata futura nihil.
 Seneca. Accidit aduersi si quid sibi: nemo putasset
 Hoc fieri: aut illud posse uenire malum:
 Non tantum lucis præsentis cernere cursum
 Sat fuerit: sapiens cuncta futura uidet.

Post factum: rebus fatuus qui consulit actis.
Stulticiæ effugiet uix mala damna' suæ.

NON pui-
dere futura.



Sapiens ti-
met & decli-
nat a malo:
stultus trāsi-
rit & cōfidit
Sapiēs non
dicet: nō pu-
putabā hoc
fieri: sed oēs
futuros pui-
det euentus
Dū p̄sp̄erō
non cōfun-
dar.

Consultare: prius qui scit securior omni
Tempore erit: nocuum præuidet atq; malum,
Aut eaq; fructum uetitum gustauerat Adam

Eccle. xxxii
Salustius,
Adam

Si prospexisset damna futura prius:
De paradisyaco non pulsus gramine nudus
Exisset: facti præmia dura luens.

Ionathas .i.
machab. xii Anrea si ionathas caperet q̄ dona Triphonis
Voluisset fraudes: leriferosq; dolos:
Non circūuentus strepitu atq; hostilibus armis:
Spectasset populi funera dira sui.

Iulius cesar Iulius externis metuendus Caesar in oris
Semper erat cautus: consilioq; potens:
Ast ubi tranquillo uitam ducebat in æuo:
Languebant capitis prouidi facta sui.
Nam si legisset porrectas ante senatum
Chartas: interitus non properasset atrox.

Nicanor .i.
machab. vii: Qui bene consultat rebus: qui prouidus omni: est
Prouer. ii. & Tempore: foelici tramite fata subit.
xiii. Prodest quando quidam cautæ meditatio mentis:
Profuit examen: consiliumq; bonum.

Cernimus aduersis urgeri casibus omnes
Preter consilium qui sua fata gerunt.

DE AMORE VENEREO.

Infanos trahimus fatuos cum fune ligatos.
Qui quis amat: passim retia nostra subit.
Decipimus plures: & sautia membra sagittis
Percutimus: uulnus nulla medella iuuat.

Ecclesia. xi.
prouerb. 7. Qui tua blanda uenus: sequitur fera iussa dolosq;
Et properat diros temptare Cupidinis arcus:
Is fatuus miseris casus: & fata subibit.
Quas Aenus insignes luxu prostrauerit urbes:
Quos homines pharetris olim transfixerit atris:

Cōmemorare libet: ceciderunt pergama Troia:
Et cecidit Priami sedes: sceptrumq; superbum:



Ob paradisi cecum: quo cum flagrabat: amorem.
Marcus romane princeps Antonius arcis;

Ovidius de reme. amo.
Troia.
priamus.

CALAMITAS
amatoris

Ne intende
ris fallaciae
mulieris. Fa
uus enim di
stillas labia
meretricis.
& nitidius o
leo guttur
eius. Nouis
sima aut illi
us amara q̄
si absint huius
& lingua: eius
acuta quasi
gladius bi
ceps.
Littor quot
conche: tot
sunt in amo
re dolores.

M. anthoni
us.

BIBLIOTECA NACIONAL

ESPAÑA

MADRID

Cleopatra

Non iugulo sua colla truci: lat hocq; tremendo

Ouidius

Fregisset: si non Cleopatra iussa tulisset.

Et si non furia tanta tentasset amorem.:

proverbi. v.

Quisquis amat: ratione caret: sine lege: modoq;

Discurrit: patiturq; graues in amore dolores.

Magna premit cunctos: ueneris uehemensq; potestas.

Nemo satis prudens: qui mollia spicula uitet.

Quem feriunt autem: stultus durabit & amens:

Nam sine mente ruit: constanti pectore nusq;

Ouidius .ii.

Ambulat: ad ueneris semper inadata recurrens.

metha.

Quisquis enim pueri est pharetris transfixus acutis:

Phædra.

In uultu nescit bene dissimulare furores.

Si non spurcus amor phædræ torisset adultam:

Pasiphae'.

Non tenerum collum laqueo fregisset iniquo:.

Pasiphae thauri non deperiisset amore

Si procul a ueneris stimulo secunda fuisset.

Iulia.

Non tot abortiuus foedasset iulia romam.

Messalina

Non calidum intrasset pro Messalina lupanar:

Si bene casta/ faces Veneris uitasset & arcus.

Ad miserōs casus & magna pericla cupido

Subdolos & fallax sexum deducit utrumq;.

Additio.

Addo his infames draucos/ paticosq; cinados:

S.Brant.

Quos contra/ultrices flāme/leges quoq; surgant:

In autē. ut

Horret enim humanum genns hæc cōmertia facta:

nō lux. con.

Ob quæ flāmiuōmo perierunt imbre Gomorra.

na.col.vi.

Sodoma

DE PECCANTIBVS SVPR DEI MISERICOR
diam.

Quisquis forte putat sola pietate moueri:

Et iustum pariter non putat esse deum.

¶ parcat uitis semper miserator iniquis!

de pe. disti.

Humana penitus hic ratione caret:

quia diuini/

Nunc fatuos referam quorum uesania crassa

tatis.

Omnia conturbat uitis/ ritusq; prophano,

PECCA
RE sup mi
sericordia
dei.

Deus mul-
to prior est
ad miam q̄
ad p̄nā uel
uindictam .
Non tamen
miseret eo-
rum qui assī
due peccant
unde nullus
expectet do-
nec peccare
non possit .
penitentia
enim seroti-
na mltos so-
let decipere
Vis ergo e-
uadere qđ i-
sertū ē age
penitētiam
dū sanus es.

xciii. di. dia.
d̄ pe. di. vii.
nullus.
Ecclē. v. &
cxi. Psal. lx/
xxy.



Sunt quidam tantæ nanq; impietatis; ut usq;
Sancta dei spernant posito decreta pauore;
Is quia sit cunctis miserator gentibus; atq;
Iudicium non grande ferat; de crimine mundi;
Sit pius atq; bonus; nec iam mortalia curet

BIBLIOTECA NACIONAL

BIBLIOTECA NACIONAL

JOSÉ TORIBIO MEDINA

Pfal. c.y. Omnia: peccanti liceat sperare frequenter.
 Humanum est peccare quidem: delicta parentes
 Fecerunt nostri: que nos tortura manebit?
 Alter ait comitum: non sunt pia regna/ uel aucis
 Facta: poli aut brutis: ueterum scit scripta referres;
 Historias recitat: chartasq; & bibliopola s;
 Allegat peccasse patres: hominesq; priores:
 q; nouum non sit scelus ullum tempore nostro
 Attamen: usq; uelim: peccator pensitet illud:
 q; delicta patrum nunq; impunita fuere.

Eccle. i. Semper habet uitium trutinam poenasq; sequaces.
Exodi. xx. Non sodomæ luxus: non magna superbia Romæ
Sodoma. Non furor in Mossen toruus: rabielsq; Pharaonis;
Roma Effugit iustam caelestis iudicis iram.
Pharao Dat spacium ad peccata deus: non omnibus horis;
Sapient. y. Peccantem punit: tamen impia facta malorum

Iob. xxi. Indicis æterni sententia tristis in orbe
Eccle. ix. Persequitur stygio: tenebris flammisq; seueris.
Luce. x. Sit licet usq; dei pietas immensa: fauorq;
 Gratia sit numeris nullis præscripta/ modoq;

Pfal. xlvii. Non tamen a summo diuina astræa tonante
Sapientie. i. Discedit: iusti remanet sed dextera regis.
Esayæ. i. Tempore si nostro/ poena sine/ crimina crrüt:
 Morte sed æterna trepidanda piacula soluent:

Deut. xxiii. Omnia sperantes: manus super ætbera princeps
Eccle. ii. Iusticiæ normam: semper legesq; tenebit:
 Cum quibus ad fetidum sceleratos trudet auernum

DE FATVIS: EDIFICANDI inceptibus.

Qui uult nunc ædificare.

Et quid magnum attentare:

Sumptus debet pensitare;

Quibus possit hoc parare.

Quisquis opus magnum tentat cõponere: sumptus

Antea nec reputat; nec tempus computat ipsum;



Est fatuus plane. sapiens naq; extruit illud:
 Quod potis est; tentatq; nihil quod ferre recusent
 Vires; & rerum census: numiq; paterni.
 Coeperunt multi struere alta palatia; & edes;
 Nec vires ualere suae; sumptusq; futuri.

INCIPE
 RE & non
 pus puidere

Qui edifi-
 cat domū su-
 am impen-
 diis alienis
 quasi q col-
 ligit lapides
 suos in hie-
 me. Ve qui
 edificat do-
 mū suam in
 iniusticia &
 cenaculum
 suū in iudi-
 cio. Ita expē-
 dendum est
 ut aruatim
 aliquid sup-
 it. propter
 necessitates
 supueniētes

xxii. q. ii. fa-
 ciat
 Eccle. xxi.
 Hiere. xxii.

- Panituirq; operis tandem illos non bene capti.
 Nabucho / Rex Nabuchodonosor fastus comotus iniquo:
 do. q; manibus Babilona suis / struxisset / amenam.
 Daniel. iiii. In caput illius tandem plaga magna reluxit:
 Quam recinit nobis patrum sincera uetustas.
 Nemroth. Excelsam turrim produxit in æthera Nemroth:
 Gene. x. Quam tumidi nunq; possent dirumpere fluctus:
 Imperfecta tamen molis structura remansit.
 Eccle. xxi. Diuitias grandes & plenos poscit aceros /
 Hieremia. Qui molitur opus: manibus componere uastum.
 xxii. Vsq; adeo quidam fatui sunt: qui satis illa
 Non pensant nec prospiciunt quos damna sequuntur.
 A cunctisq; iridentur stollopo atq; cachinno
 Magnificas ædes: opera & sublimia: pauci
 Lucullus. Tentarunt ueteres: potuit fecisse Lucullus.
 Crassus Istuc & crassus: quo uix opulentior ullus
 Floruit. Assyrias qui sparsit sanguine: carras.
 Salustius. Quisquis magna cupit: factum quoq; nititur ingens:
 Sit cautus: numosq; suos: & computet arcam.
 Quid possint uires rerum: quid parta facultas:
 Ne risum multis creet: & ludibria tollat.
 Seruius in Nempe alias operis capti: atq; impensa laboris
 en. in re. Perditur: incassum moleq; incæpta uidetur.
 de non a re. Incaptare nihil: melius: q; linquere cœptum.
 col. ii. Quid facit id: dānum is sentit: labemq; notamq;
 Eccl. i. iii. Omne hōminum inuentum tandem cariōsa uetustas:
 Conterit: & rapido cōsumitur in super æuo.

DE POTATORIBVS & EDACIBVS.

Paupertatis onus uix Ganeo: præterit ille
 Noctes atq; dies qui bibit atq; uorat:
 Illius ingluuies: crapula: immoderata uoluptas:
 Rerum: animæ interitum: corporis atq; facit.
 Hic etiam naues fatuorum scandit: & amplas
 Contrahit antennas manibus / longosq; rudentes:




DE EPV
Ionibus.
Cū ad equa
les bibit po
tus ille plus
laudat qui
ples inebri
ar: & calices
facūdiore
s exaurit. po
tores bibuli
media ē no
cte phalerni
Oderūt por
recta negan
tem pocula.
Ebrietas et
mētis indu
cit exiliū: &
libidinis p
uocat incen
tiuū. Nō es
set hodie
seruus: si
ebrietas nō
fuiſſet. Fecū
di calices
quæq; nō fe
cere: desertū

Noctes atq; dies uinum qui ingurgitat ori.
Et farcit stomachum dapibus uictuq; guloso.
Nil agit hic aliud. q̄ q̄ certamina uini
Tractat: & euacuat calices amplasq; lagenas.
Immoderata meri rabies: mala tristia morbi

c.a. crapula
de ui. & ho.
cle Horati
us in: epla. x
xxy. dif. yi.

die.	Concitat:& nullis rebus discrimina ponit.
Esaye.v.	Inducit subitas mortes:& tristia fata:
Eccle. xxxi.	Laxat corporeos nexus:præcordia soluit:
de con. dif.	Polluit & sensus:caput & geniūq; modestum.
v. ne tales.	Contaminat uinum:simul & crapulosa uoluptas
Osee.iii.	Vina nocent capiti faciunt & pectora cæca:
Luce.xxi.	Ingenium frangunt nitidum:mentesq; uiriles.
xxxv. dif.ii	Ebrietas parit omne nefas.& dedecus ingens;
nolentū. p/	Et parit insanos homines sine lege/modoq;
uerb. xxiiii.	Qui uiuunt:sordescq; malas/luxusq; procaces
xxxv. dift.	Obseruant:semperq; meri certamina uersant.
uenter	Ebrietas uenerem stimulat: lumbosq; salaces
puer. xx.x	Incitat ad luxum:parit & petulantia corda.
xxv. disti. lu	Ebrietas ratione carens furiosa per orbem
xuriam. ad	Transuolat.& finem nullo discrimine ponit.
eph.v.	Ebrietas mores frangit:linguasq; loquaces
Hor. in epi.	Efficit:& mentis secretum saepe recludit.
puerb.ulti.	Rancidius nihil est:nihil est sceleratius illis;
xxxv. dif.c.	Ingluuiēs quorum uino infatiata: fatiscit.
ulti. herodo	Non Thomyris natus cecidisset uictus ab ipso
tus.	Cyro:si tumidi uitassent pocula bacchi.
Iustinus li.i.	Magnus alexander morbo ebrietatis inepto
Thomyris	Corruptus:gladio proprios iugulabat amicos.
Cyrus.	Est modus in rebus:uini moderatior usus
Qu. Curti.	petet:interdum sensus conseruat acutos.
Alexander.	Qui sine lege bibit magnas uacuando lagenas
in Thim.v.	Sorbet:ad extremum poenam experietur amaram.
Ecclesia. xx	DE INUTILIBVS DIVITIIS.
xi.	Diuitias molles clausa qui continet arca:
Eccle.ii. xx/	Et conseruat opes:concumulatq; suas.
xv. dist. lu/	Vsq; adco/ut miserum nonq; soletur amicum;
xuriosa	Hic aliquando petet cum nihil accipiet.
	Plurima stulticia est:uotum quoq; inane putamus
	q; colitur tantum funesta pecunia:& ingens



Thesaurus rerum; & tam perfidus ardor habendi;
Diuitiis lectis maiores dantur honores;
Quam sophie; meliore gradu stant munera ditis.
Nil mores colimus sanctos; uirtutis amator
Nullus adest; animos confundit copia rerum.

DIVITIA
RVM solli
 citudo.

Noli anxius
 eē ī diuitiis
 in iustis. nō
 em, pderunt
 tibi ī die ob
 ductōnis &
 uidiēte. Nil
 pderūt the
 sauri īpieta
 tis : iusticia
 uero libera
 bit a morte.
 Ve uobis di
 uitibus : ga
 hētis hic cō
 solatōem ue
 strā. Diues
 & paup ob
 uiauerūt sibi :
 in iustis
 operator est
 dominus.

Eccle. v.
 pue. x. & xi.
 Luce. xvi. p
 uerbio. xxii.
 Iob. xx vii.
 & psal. xlv
 ii. puer. xx
 viii.
 Horati. ii. f.

diii

BIBLIOTECA NACIONAL

BIBLIOTECA CLÁSICA

"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

Hic sapiens solus: iuris consultus: & auctor
 Diues in exhausta nūmos qui possidet arca
 Curia sola patet diti/prudenſq; ſenatus:

Ouidi. i. fa. Solus habet laudes: conquirat ſolus honores:

puerb. xiii. Solus amicitias: licet has uirtute meretur

Iuuenalis Nulla: ſed nūmis donantur prēmia tanta:

De cenſu in primis: de moribus ultima ſemper

Eccleſi. xiii. Quæſtio: quot paſcat nūmos: quot iugera campi.

Quantum quiſq; ſua nūmorum ſeruat in arca

Tantum habet & fidei: iuret licet: & ſamothracum

Per ueteras aras: contemnere fulmina pauper

Creditur: atq; deos/ diis ignoſcentibus ipſis.

prouer. xix. Quando quidem tales ſanctiſſima diuitiarum

Maietas tollit titulos: & nomina confert:

Diuitibus lepores: piſces auiumq; ſapores

Atq; apri clunes & quicquid dulce macellum:

Mittitur eſt uacue ſemper ſtant pauperis ædes.

Pſalmo. xx Ah ueſana fames: & rerum dira libido;

xvi. Quid tamen hoc prodeſt: quod deuorat omnia auarus

Eccle. iiii. Semper habens: nihil & ieiunio ſufficit oris

Pſalmo. xx Nec modus aut requies: nō hunc cumulauit aceruū

xvii. Is ſibi: ſed lites ſubitas poſt funera linquet.

Amos. Vtilis eſt nūmus multis: inglorius illi

prouerb. x. Qui neſcit ſeruare modum: legemq; modeſtam

Math. ix. Nil pauperibus doni elargitur amicis:

Marci. x. Hunc deus omnipotens extremo ſine relinquet:

Luce. xii. Nec capiet uultu placido ſua uota preceſq;

Thobi. iiii. DE OBSEQUIO DVORVM DOMINORVM.

Ille duos lepores uenator captat in uno

Tempore: per ſiluas quos canis unus agit

Qui cupit ardentem dominis ſeruare duobus:

Hic pluſq; poterit: ſæpe agitare uolet.

Stultus & iſ: ſummo qui uult magnosq; tonantis;

Et mundo pariter querit ſeruare prophano.

BIBLIOTECA NACIONAL
BIBLIOTECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO MEDINA"



Nam ueluti dominis qui seruire duobus
Raro fit: ut talis semper sit gratus utriq;
Qui captare duos lepores conatur in una
Hora: uenator comitatus cum cane solo;
Vix sibi contingit leporem q̄ subleuet unum.

S. RVI/
RE duobus

Nemo p̄r
duobus do-
minis serui-
re: aut enim
unū odiet &
alterum dili-
get: aut uni
adherebit
& alterū cō-
tēnet. Non
potestis deo
seruire &
mammonē.

Qui ad
utriq; festi-
nat neutrum
bene pagit.
Pluribus in-
tētus minor
est ad lingu-
latus.

Cor ingre-
diēs duas ui-
as non habe-
bit succel-
sus.

Math. vi.
Luce. xvi.
Eccle. iii.
glo. in. l. fi.
C. de affes.

- Raro ferit metam: signataq; stigmata luto:
 Qui pharetras multas tendit: uariasq; balistas
 Qui quis multa suis humeris imponere rerum
 Officia: & solus uastos uult ferre labores:
 Difficile est: semper licitum si seruet: honestum &
 Nunc huc: nunc illuc raptus: sine fine uagatur:
 Nec pede sic stabili poterit constare: locoue.
 Aequora nūc sulcat: trabibus nunc per mare currit.
 Iam terram ignotam quærit: gentes pererrat .
 Raro diu perstat qui bina negocia gestat.
 Qui facit in platea multis: hunc semper oportet
 Quilibet astute blandis palpare lacertis.
 Si quid & aduersi contra se percipit: usq;
 Perferat: officiis queat ut seruire duobus.
 Verba det ingenuo quæ sint permixta lepore:
 Et quod sit placitum faciat semperq; loquatur:
 Blandidulis cunctos uerbis: manibusq; salutat.
 Ceruicem domini succis: & pectus inungat
 Illecebris: quo sit solita non maior in aula:
 Et caueat ne quem turgenti concitet ira.
 Hic quia prægravidam gestat cum pondere molem
 Ocia rara simul: mentis raramq; quietem:
 Attamen officii numerus pluralis: auentem
 Efficit: ut lucri sudores perferat atri.
 Sanctius & melius: domino seruire probato:
 Atq; possis cui per benefacta placere:
 q̄ domino usq; nouo famularier omnibus horis.

DE NIMIA GARRVLITATE.

- Qui linguam: frenat: rictus compescit & oris:
 Mens angore huius tristiaq; uacat.
 Qui loquitur temere cadit in discrimina: sicut
 Que pullos prodit murmure pica loquax.
 Garrulus atq; loquax qui tempore blacterat omni
 Ad nauem is properet fatuam: cōscendat in arcem.

GARRV
LA lingua.

Ois natura
bestiarū &
uolucru &
serpentū &
ceteroz; do
mant & do
mira sunt a
natura hūa
na; linguam
autē nullus
hoim doma
re: pōt. Inge
tū malū pie
na ueneno
mortifero.
ipā maculat
totū corpus
&c.

Qui custo
dit os suū
custodit ani
mā suā; qui
autē incōfide
ratus ē ad lo
quēdū sen. i
et mala.

puer. xiii. &
x. psal. cxxx
ix. Eccle. ix.
Iacobi. iii.
Ecclesia. y.

Carbata uentus agit: fatui prope rate loquaces.
Sunt plures quorum est summa oblectatio uite:
Summus & affectus linguam exercere procacem.
Dum tangunt: quod nemo uolet tetigisse; merentur
Inuidie telum; melius tacuisse profecto



- prouerbio . Qui reticere potest cum magno forsan honore:
 xvii. Attamen eloquitur; nec uult compefcere fauces:
 digito com Incurrit quandoq; grauis discrimina noxæ:
 pesce label Et casus miseros; melius strinxisse labellum.
 lum. Respondet qui sponte sua; non ante rogatus.
 Iuuenalis . Se fatuum insulsum cunctis expouit; & offert/
 Iob. xv. Obscenæ pariter cōmissa pericula linguæ
 prouer bio . Sunt fatui plures qui garrulitatis iniquæ
 xviii. Laticiam capiunt; & linguæ gaudia uana.
 Hieremias Qui tamen interdum pœna plectuntur acerba.
 xviii. Multos lingua procax casus sufferre cœgit
 Osee. vii. Angustos; quid enim fallax delatio prodest
 Linguosus/sua cum fas est malefacta fateri;
 Atq; sacerdoti culpam proferri; silefcit:
 Nec uerbum ructare potest; dum præmia cæli
 Dantur; & examen miserum de crimine fertur.
 Multi prudentes & sani forte fuissent:
 Si se non propriæ sedassent uerbere linguæ
 Pica Adsit in exemplum miseris/normaq; salubrem
 Pica loquax. pullos quæ garrulitate frequenti
 Prodit & ad nidum nimio clamore susurrat.
 : Ecclesia. v. Pauca loqui; & castæ seruare silentia linguæ
 puerb. xxv. Tutius & melius; qui respondere laborat
 Omnibus; incurrit damnum quandoq; molestum.
 Sermo placet modicus moderato tempore fusus.
 Eccle. iii. ~~Sermo~~ clara quidem est tutum seruare labellum
 Rite loqui fas est; quod bona lingua docet.

INVENIRE REM ALIENAM & NON reddere

Inuenies aliquid proprios quod seruat in usus
 Istud & inuentum; qui putat esse suum;
 Tanq̄ iusta dei/ sinat id retinere uoluntas
 Hunc demon fatuum decipit atq; ligat.
 Feruor auaritiæ meæ non sinit usq; silere



INVENI
RE & non
reddere.

Si quid inue
nisti & non
reddidisti ra
puiſti: q̄tum
potuiſti feci
ſti: quia: plus
nō inueniſti
& c. Vnuſ
quiſq; enim
ſcire debet!
qđ ſuū non
eſt: ad alium
pertinere.

Carmina: ſed ſatyram tendere ubiq; meam.
Iccirco fatuos meritos hic dicemus inertes.
Qui ſua non ſolum: uerum aliena tenent.
Inueniunt quidam theſauros: res alienas;
V ſibus obſeruant hæc q; reperta ſuis.

xiiii. q. v. ſi
quid inueni
ſti.
I. cum quere
batur. C. un
de ui.

Et tenebris cæcis adeo sua pectora firmant:

Vt credant superos hæc tribuisse deos:

Non curant ad quem dominum res perdita spectet:

Quod fortuna leuis obtulit: usq; tenent.

Audi: quæm tanta trahit impietate cupido

Audi: nec renuashæc documenta precor

A casu si res alienas inuenis: illas

Esse tuas nunq̄ credas aliena profecto

Sunt ea: quæso tuos: si quos in pectore sensus

Vsq; geras: censor consule stulte tuos:

An bona que proprio non sunt quæsitæ labore.

Rite tenere queas: impius error adest.

Inuenias aliquid: quod nullo iure parasti:

Ad dominum debes mittere sponte suum.

Si non est notus: res ad quem perdita spectat:

Nescis & hæredes quos bona iura manent:

Inuentas debes mox res in pauperis usus

Vertere: mendicos hisq; iuuare uiros.

In proprios usus qui uertit res alienas:

Quodq; suum non est: conterit atq; rapit:

Hic acherontæis animam demerget in undis:

Excrucians sese perpetuag; siti:

Theauri raptor parum a pradone doloso

Distat: res raptas prauus uterq; premit.

En deus omnipotens: teq; extra atq; in cute noscit

Actus deinde tuos: noscit & ingenium:

Inuenies: si quod sacra iura tenere uetabunt:

Redde: nec inuentis pollue corda malis.

DE EO QUI IN ANIMADVERTIT / & met peccat.

Quisquis iter planum poterit transire uiator:

Quod monstrat posita dextera fixa uia:

Attamen in cano: atq; situ: crassaq; pallude

Ambulat: is sensu / sen ratione carer.

Peruolat ad nostros: censorum turba phaselos

Qui procul aduertunt alienæ crimina frontis.

Augusti.

i. petri. iiii.
Deutro. vii.

ange. isti. de
re. diui. i. fi.

xxxii. disti.
erubescant.
Hier. xvii.
Psal. vii.
In regula
pctm. l. vi.



MEDICE
cura teipm.

Bene docen-
do & male
uiuendo de
um instruis
quomō te
codēnare de
beat. qui ui-
dit utilius &
facit deterio-
ra. Absit ei
radius lucis
sine mora.
Exterfis o-
culis aliorū
damna uide-
mus. Ad di-
scernēdum
propria sen-
sus haber

x. c. i. in
ti. q. cū co.
ceterū. glo.
in .c. ea que
de sta. regu.
iii. q. vii. iu-
dicet. & c. in
graubus.

Castigant facinus: quod nec cōmittere abhorrent;
Et proprias uitii sordes/ scelerisq; patrati
Abscondunt maculas: alios culpā parati:
Omnia facta hominum temere in couitia uertunt
Ridiculum nasum tollunt grandēsq; cachinnos.

Nec tamen aduertūt q̄ fauitia mēbra malorum
Gestent & morbos uicioso in pectore natos.

Sepe manus fixa in directo tramite campi

Monstrat iter rectum: per quod non ambulat ipsa.

Sic faciunt tales/ hominum delicta notantes:

Nec proprium censent facinus: uitamq; pudendam

Quiq; uolunt oculo de fratris sumere spinam:

Inspiciant se ferre trabem: pondusq; molestum.

Multi se Curios simulant: durosq; Catones:

Fabritiosq; probos: simulant sanctosq; Metellos:

Multi Socraticam tentant ostendere frontem: &

Grande supercilium: quorum tamen impia uita est.

Et quorum tacita sudant praeordia noxa.

Hinc Ciceronis adest sententia clara disertī.

Qua docet: ut nullus peccata aliena fatiget:

Hic nisi sit uacuus uicij/ & criminis expertus.

Multa tibi possem dare nunc prouerbia patrum.

Nam ueluti medicus qui alios sanare medelis

Molitur: nec se poterit sanare medendo

Sic agit ille quidem: qui alienos carpere mores

Gliscit: & in propriis delictis turpiter haeret.:

Sunt plures: aliis bene consilium sciunt qui:

At sibimet nequeunt licitum suadere & honestum

Vos quoq; presbyteri: populo qui concionatis

Iussa dei fideiq; simul praecepta sacra.

Quosq; alios homines uerbis culpatis & ore:

Vita sit immunis uestra & sine sorde probata.

DE CONTIONE SAPIENTIE.

Quem sacra delectat diuum sapientia: quiq;

Pectore flagranti dogmata sancta colit:

Hic cunctis praestat: clarosq; meretur honores:

In celo datur & digna corona sibi.



Clamat uoce graui populo sapientia cuncto:
 O genus humanum ad nostram con sede cathedram.
 Discite quid recti doceant mea uerba boniq;
 Discite mortales castæ monumenta Mineruæ
 Et sacre pariter sua dogmata discite linguæ

SAPIEN
 TIE pcepta
 Vsq; quo p
 nuli diligi
 tis infantia
 & stulti ea q
 sibi sunt no
 xia cupient;
 & impruden
 tes odibunt
 sciẽtiam; cõ
 uertimi ad
 correctionẽ
 meã. Disci
 te & o mise
 ri causas co
 gnoscite re
 rum. Quid
 sumus aut
 quonã ui
 uuri gigni
 mur ordo .;
 quis datus a
 metã q mol
 lis fluxus; &
 unde.

Prouerb. i.
 Persius. iiii.
 sat.

Prouer. xiii.

Stulticiam crassam tota deponite mente:
 Queritæ doctrinam qua constat uita salusq;
 Quærite quæ bona sunt: funesta pecunia nusq;
 Alliciat uestros animos ad crimina spurca.
 Sardonychê suluum superat sapientia & aurum;
 Argentumq; simul gemmas nitidosq; berillos;
 Non Adamas melior: non est Magnesia cautes.
 Est maior toto sapientia prouida mundo.

Plautus in
 amphitri.

Quicquid & oprari poterit: non præstat aceruum.
 Aequalem sophiæ: cunctis præstantior ipsa est.:
 Nil habet æquiualens: similis nec gloria fulget.

Ecclesia. xx
 xvii.

Consiliis princeps toto dominatur in orbe.
 Temperat hæc urbes: populos: magnumq; senatum;
 Corporis hæc præbet uires: & corda polita.
 Clamitat ad cunctos sapientia: uoce tubali;

proue. viii.

Me duce sceptrâ tenent reges: rutilasq; coronas;
 His mores legesq; dedi de pectore sacro;

Ecclesi. xxi.

Me duce principibus regna obseruantur auita:
 Ac per me gentes: sincera lege reguntur:
 Quæ mala stulticiæ fugiunt: cæcosq; furores.
 Qui me rite colit: qui me ueneratur: amatq;
 Hunc ueneror: mitiq; sequor: cum laude per henni;

proue. iii.

In me diuitiæ sacra: thesaurus & ingens;
 Et bona foelicis consistunt præmia uitæ
 Me deus æternus diuino numine obumbrat:
 Natæ pro: cerebro: sum magnum & sparsa per orbem.
 Cælestis per me maiestas cuncta parauit;

prouerbi. i.

Et sine me nihil est in celo: atq; orbe creatum.
 Insipiens igitur qui non mea dogmata tractet.;

IACTATIO & CONFIDENTIA FORTVNE.

Se fortunatum foelicem: seq; beatum
 Qui putat: & sorti nimium confidit iniqua.
 Laudat & extollit fortunam: sentiet olim
 Cum minime retur: tectum crepitare domumq;



Hic quoq; dignus erit nostra rate, siue luburno
 Prouchi: & inspidum stultus adire chorum;
 Qui iactabundus fortunam semper in omni
 Arridere sibi reputat: atq; cupit.
 Et iactat q; se gremio fortuna benigno

FORTV/
 NE uanitas
 Successus
 humanae p
 spiratis uege
 iudiciū ater
 nae dānatio
 nis est. Dep
 piciato petō
 noli esse si
 ne metu: ne
 q; adicias
 peccatū sup
 peccatum. +
 Misericor /
 dia enim &
 ira ab illo cī
 to pximant
 & i pctōres
 respicit ira
 illius. Lento
 em̄ gdu ad
 uindictā sui
 dignā pce /
 rit ira: tardi
 tatemq; sup
 plicii graui
 tate copēfat
 Augustinus
 puer. xxviii
 Ecclē. v.
 Valerius. li.
 primo.
 Esaye. lxy.

Respiciat: sint & prospera cuncta sibi:
 O fatue: enormis quæ te uesania torquet?
 Quorsum/te rerum fata caduca trahunt?
 Cur nimium subitis audes confidere rebus?
 Cum bona fortunæ non stabilita: ruunt;
 Incassum iactas sanæ ludibria sortis:
 Foelix qui se non implicat hisce bonis.

Augusti.

Iactas diuitias: iactas q; copia rerum
 Te beat: inq; manus prospera multa fluunt.
 Iactas successus faustos/ & sortis aceruos:
- Math. vii. Ludere cum fatuo qui uult: tolerare nec ipsum:
 i. di. in prin. Cogitat: ad fatuos cōnumerandus erit.
 Cum puero siquidem qui uult contendere stultus:
 Si uon ipsius ludicra ferre potest.
 Stultus & hic pariter mouet ad conuitia risum:
 Ebrius: obtusus / dicitur atq; puer:



IOCVM
NON IN
TELLIGE
Re.

Laudere cū
fatuis q̄ uult
pueris ue
benigne. Il
loḡ toleret
uerbera uer
ba iocos. A
facie uerbi
pturit fatu/
us tāq̄ gemi
tus p̄us in/
fantis. Sagit
ta infixā fe/
mori canis:
sic uerbum
ī corde stul
ti. Ludus au
tē noxius in
culpa ē.

Qui uult cum pueris & stultis sæpe iocari;
Al ernis uicibus ludicra uerba ferat.
Venari qui uult; opus est ut retia ponat;
Sectetur canibus; cūq; labore feras
Quisquis forte globo cupiat subuertere stantes.

proue. xxyi

Eccle. i.

- Eccle. xix. Erigat ille simul mox quoq; pyramides
 ꝑ. xxxvii. Pro uerbo uerbum: pro lusu ludicra dantur:
 Ad Ro. ii. i. Stultus qui poterit non ita ferre uices
 Ad thessalo Intolerabilius tamen est & semper iuiquum:
 v. i. Petri. iii. Pro pietate bona reddere forte malum.
 ꝑ. uerb. .xiii. Hæc fatuos natura manet / ꝑ rarius usq;
 Eccle. xiii. Condignas referunt pro bonitate uices
 & .xxviii. ꝑ Versari sapiens uir cum prudentibus optat:
 ue .xxvii. c. Cum fatuo stolidus quærit habere locum.
 ꝑa ꝑ. abi. de ꝑ fatuus tolerat nullum: sua sola putanda est
 elec. li. vi. Ambitio: cunctos nam regere ipse cupit
 Est dolor in stolido uehemens: si præsidet illi
 Lucanus in Prudens se meritum nam putat esse uirum
 primo In summa nostram poteris sic capere mentem
 Hester. iii. Insi piens solus sceptrâ tenere petit
 Non uult ferre parem: maiorem ferre recusat.
 Cuncta sibi in terris inferiora putat
 Gaudia nō Aman maleficus tanta putabat
 Ecclesi. viii. ꝑ cūcti colerent omnia iussa uiri
 & .xx. & .xx Quātus erat dolor huic / ꝑ Mardocheus apella:
 ii. Non caput atq; genu flectere uellet ei.
 Qui sapiens igitur dici cupit atq; probatus
 Insanos fugiat / insipidosq; uiros.
MALEFACERE ET NOM EXPECTARE
 Ille quidem celerem contorquet in ethera pilam
 Nec spectat lapsam quo cita pila cadit:
 Mathe .vii. Qui facit infastos multos sibi: reddit & hostes:
 In ꝑhe. de Nec lapsus spectat consimilesq; uices
 cre. in. c. di/ Insultos etiam fatuos reueram qui lædere multos
 lecti de ma. Percupiant: lædi non tamen usq; petant.
 & obe. ii. q. Insanum penitus fateor: qui crimina iactat
 vi. q se scit In faciem alterius: conspuat atq; caput.
 Nec tamen hæc rursus fieri pateretur ab illo
 Nec uice consimili: pertolerare iocum.
 Quid sis facturus bene præmeditari er ante



MVLTO s
LEDERE.

Heus oium
rege uicissi-
tudo Quod
tibi uis fieri
mihī fac. qđ
nō tibi. Sic
potes ī ter-
ris uiuere iu-
re poli. Ab
alio expe-
ctes; alteri:
qđ feceris.
A quo pce-
dit fraus/ s̄ae
pe reuerbe-
ret ipsum

Conuenit haud facias: quod tolerare neges
In saccum qui uult alios detrudere: sumat:
Maxilli pariter plagam aliquando sui.
Fecerat ut thaurum infœlix ex ære perillus
In quo mugitus æderet ore nocens

Sapiē. xviii.
Eccle. xxx/
iii. & .xxxv.
Perillus de
quo
Quidius .i.
de arte

- Atq; fames stimulet torqueat atq; sitis
 Temporis haud fatuus meditatur fata futuri:
 Præsentem tantum respicit ille dies
 De naso ad fauces: hominis meditatio stulti
 Vergitur: ulterius mens sua uana tepet.
 Hunc puto prudentem: uersat quem cura futuri.
 Vnde habeant pueri forte alimenta sui.
 Quærit & estatis calidæ sub tempore: fructus:
 Ad uitam ut possit cōmoda habere suis
 Est illum penitus fateor ratione carentem:
 Ad res quæ nunq̄ prouida corda gerit.
 Dormitat fatuus stratus sub sole calenti.
 Qui nihil acquirit sed bona parta uorat.
 Tristis hyems istum ieiuno gutture torquet:
 Non habet ut stomachum quit fatiare suum.
 Et uitam miseram brumali tempore ducit
 Qui tempestiuas non cumulauit opes
 Qui non colligit fenum: cum Iulius ardet:
 Nec sibi quæsiuit emolumenta domus:
 Frigeat in bruma gelida: quæratq; per urbem
 Fasciculos foeni: stramida nuda terat.
 Exemplum magni præbet formica laboris
 Colligit & seruat tempore quæq; suo.

DE LITIGANTIBVS IN IVDICIO.

Litibus & rixis qui delectatur & omni
 Tempore contendit: iudiciūq; petit.
 Est fatuus uehemens: nempe excæcare laborat:
 Iusticiam: & legum contamiuare fidem.

- Acrior ad reliquos fatuos consurgere dignum est.
 Quos agitant mæsti iurgia uana fori:
 Turba quidem est ingens stultorū copia prægnans
 Horum: qui litis iudiciūq; petunt.

DE RIXO
XIS.

Sicut cor-
uus seqt̄ ca-
dauera: ita
rixosus lites
Nō cōtēdas
aduersus ho-
minem fru-
stra. cū ipse
tibi nihil
mali fece rit
Nō iudices
cōtra iudicē
quoniā secū
dū qđ iustū
est iudicat

Pro causa exigua: minima pro re uel inani:
Contendunt stulti: concipiuntq; dolos:
Iudicii amfractus fatuo queruntur ab omni
Et gaudent litesq; sine fine gerant.
Tardo etiam strepitu plures ambagibus uti.

ii. Thimo. ii
Mat. v.
puer. xvi.
Esaia. lvi.
Iacobi. iiii.

- puerb. xvii. Conant' longis iudiciūq; tra hunt.
 Ecclesia. vi. Scilicet ut nocui fugiant decreta / sacratæ
 Hiere. ii. Iusticiæ: leges aufugiantq; bonas.
 puer .xxvi. Est qui se patitur banniri / in iusq; uocari:
 Excludiq; sacra stultus ab ecclesia:
 Nil tamen hæc curat: ius fraude lacessere tentat
 Iusticiam fug. ens impietate sua:
 Ecclesia. xx. Nec saltem id tui meditantur: qui fora quarunt.
 vii. Et lites uarias: iurgia uana mouent.
 Esa. lviii. Cuidiam q; tunc incurrunt: quodq; dolosos:
 Eccle. viii. Causidicos dirant: qui sibi dona petunt.
 Postq; t scribæ calamus compinxit auarus
 Ponit & in crasso codice uerba tua:
 Ecclesi. viii. Tu tamen insipiens tua cūcta ipendere liti.
 puer. xviii. Et causæ intendens quæ loculū euacuet.
 Prouer. iii. Corruptis nūmis: alio uel munere / iuris,
 Custodes: melius ut tua causa sonet .
 Ecclesia. vi. Pinguius & melius siquidem declamat agitq;
 Causidicus: palpet quem tua larga manus:
 Sæpe oratores: spatioſo ex orbe uocamus.
 Quo prolongari iurgia nostra queant:
 Vtq; phaleratis uerbis diffundere causam
 Possint / & legum garrula uerba loqui.
 Eccle. xl. Causidico a tali iudex cito fallitur / is qui
 puer. xxiii. Iudicii sceptrum simplicitate regit.
 DE OBSCENIS FATVIS
 Colloquium prauum: & linguæ lasciuia pudendæ
 Eccle. li. i. Verba: bonos mores contaminare solent:
 Esdre. vi. Inducuntq; malos ritus: uitāq; prophanis.
 Math. V. i. Gestibus: inuertunt ingenūq; pium
 corin. xv. xx
 vii. q. i. sepe Faſta: noui patris celebrant plures / Grobiani:
 Magna cohors uigili hunc sedulitate colit.
 Illius obscænis lustrantur ritibus aræ



DET VR/
Pillo quio
stultorum .

Coinquināt
mores bo/
nos : sermo
malus. De
alti tudie uē
trisiferi ; &
a lingua co
inquinata : a
uerbo mēda
ci & a rege
iniquo / libe
ra nos domi
ne. Ve mun
do a scādalo

VECA NACIO
VECA ANBNCI
E TONNIO MEDI

Non nisi pæstiferos hic Grobianus amat.
Ad templum mixtim currunt iuuenesq; senesq;
Et pariter mulier:uirgo/ puella/ puer:
Thura ferunt manibus: grobiani festa colentes
Sordidulis uerbis; rancidulisq; litant,

1 ii

Ezech. ix.
Eccle. xxix.
Iob. xxvii.
Oui. i. meth.
Pfal. xi.

- Pfal. xi. Spurcities: hominū qua perit usq; genus.
En fatuus porcum cænosum continet aures:
Campanā manibus concutit atq; suis.
- Eccle. xx. A porco trahitur fatuæ mihi credite nauis
puer. xi. Prora: per æquoreum quæ comitatur iter:
Pondera ne puppis tumidis mergantur in undis
Turbaq; stultoz; quā superesse sat est
- Ecclef. v. Nam si non biberet uinum stultissima secta:
Munera iam bacchi merce minuta forent.
- ii. Petri. ii. Sus tamē innumeros porcellos parturit: inde
Magna cohors hominū festa suina colit
- ad ephe. v. Obsceni mores: & turpia uerba: colendos.
psal. xl. Efficiunt homines: nil pudor ipse ualet.
Turpibus ecce uiris primi nunc dantur honores
Gloria prima datur foedilo quisq; uiris.
- Hiere. ii. Iam porcus uiridem gestans in fronte coronam
Esaia. xli. Admittit fatuos ad sua iura uiros.
- Ad Col. iii. Quidam sunt adeo obscæni: turpesq; relatus:
Ad titū. i. In quoz; saliant uerba pudenda genis.
- Horestes Infans quales si nunc spectaret Horestes
puer. xii. Eheu clamaret: q̄ furiosa cohors.
Eccle. xxxi. Illos delectant crapulæ: tucetaq; crassa:
Atq; cadus uini: uerbaq; mixta iocis
- Eccle. xxxii. Ogrobiane tuas fatuus quicūq; per aras
Esaia. lxvi. Sacrificat fatua hunc morte perire decet
- DE STATVS SPIRITVALIS ABVSU.**
- En statum multi modo spiritalem
Appetunt: primis iuuenes ab annis
Pænitet tandem fatuos: relicto
Viuere mundo
- viii. q. i. in Restat adhuc aliquid: qđ nostro carmine dignum est
scriptis. & Quodq; locum in fatua puppe tenere solet.
c. moyses Omnis homo pueros sacris modo deuouet aris



Visq; sacerdotem rustice habere tuum:
 Non hoc p: oposito: supremi ut sacra tonantis
 Rite colat: placeat aut sua uita deo:
 Verum ut seposito uitam sudore quietam.
 Ductiret; illecebris inuigiletq; malis

MODO cu
 piunt cleri
 cari.

Quid ro//
 ma faciam
 mentiri ne//
 scio mulos.
 Qui uel e//
 quos strigi//
 lant: piguita
 quaq; terūt
 Clerice quī
 nescis quid
 ius & quid
 sit honestū
 Aptius est
 aratrū q̄ fa//
 cer ordo ti//
 bi.

xviii. distin.
 nos autē gl.
 i. xxi. dif. cle
 ros

- xxiii. di. his Nil animæ curat fatuus/mentisq; salutem
 igitur Sola placent regæ sordida lucra sibi
 xii. q. i. quia Nil doctrina iuuat funesta pecunia princeps:
 Sacra dei inuertit/sacrificosq; lares.
 Ordo sacerdotū fatuo turbatur ab omni
 Labitur & passim religionis honos
 Numa pō. Nō Numa presbyteros tales in templa sacrauit.
 Prisca; sed in cūctis integra uita fuit.
 Pontificis culpa est; diuinos uendere honores
 Iam stultis solitū est/pæstiferisq; uiris:
 xxxvi. disti. Quis furor o miseri ad uos mystica sacra prophanos
 opter. xcy. disti ecce Compellit? procul hinc tollite quæso manus
 xcy. dist. qs Non status in terris nunc est damnosior illo;
 dubitet. xl. O quali superos religione colunt?
 iiii. dist. p to. Quid fratres memeros subductis colla cucullis
 Monachi. Gestantes; misere o nunc sacer ordo uales.
 Augustino. Augustinus enī dederat confratribus olim
 vii. q. i. si at Viuendi salubres cum pietate modos;
 Mōyses. Hos monachi obseruant lasciui/more sinistros
 Deutro. x. Augustine parū iā tua scripta ualent.
 viii. xxi. q. Non quales statuit primæuo tempore Mosses
 iii. hi qui & Presbyteros; tales secula nostra uouent.
 c. sacerdotū Indocti fateor nunc pinguia; uota sequuntur
 puerb. xxi. Ecclesiāq; sacram sordida turba regit.
 ii. petri. iii. Post sua fata tamen. quid sit rexisse uidebunt
 glo. ii. q. vii. Ecclesias; mores nec coluisse bonos
 non omnis. DE INANI FASTV ET IACTATIONE.
 xl. disti. c. fi. Mendaces fatuos; de quorū pectore nugas
 Bullatas capimns; nostra hos uehet illa carina;
 Gestarum rerum. falso præconia fingunt;
 Militiam hic iactat; doctrinam iuris & alter
 xii. q. ii. glia Feruida iam digito compescere labra uolebant;
 epi. xxi. q. i. Et. finem numeris ponere forte meis
 omnis
 pue. xxyiii.

SE IA //
CTARE

Multi nunc
sunt heu do-
ctores; mili-
tesq; puer-
fores legis
& iusticiae.
Qui se ia-
ctat & dila-
tat iurgia
cōcitat; q̄ ue-
ro sperat in
dño saluabi-
tur. Qui ge-
nus suū lau-
dat: aliena
laudat. Pro-
pria laus
fordet sed
nobilis est
aliena

Turba tamen stolidis frontem redimita corymbis
Percita stultigero gesta furore refert
Alter enim miles gestat calcaria athena;
Alter & in manibus romula iura gerit;
Miles & ab antiqua se nobilitate superbum

- Tullius ho-** Iactat:& a Thullo tempora rege notat:
stilis Aut genus a claris patribus quos Romulus olim
Patres con- Legerat atq; alios enumerare solet.
scripti Forte tamen patres habuit qui foenore iniquo.
Pfal. lxi. Fraudibus aut aliis stemmata parta gerunt.
puer. xxyiii; Plures se faciunt ex nobilitate superbos
Iuuenalis Quã uirtute sua non meruere tamen.
Seneca Nobilitas uirtute bona;meritisq; beatis
i. Corin. iiii. Cõstat diuitiã stemmata nulla parant.
de p̄bē. ue- Candore tituli:qua nam uirtute mereris?
nerabilis. Aut quid gessisti:quod tibi stemma dedit?
Ber. in. l. i. En ais:externis martem diduximus oris:
C. de inco- Cognita sunt uariis gentibus acta mea:
lis. li. x. Me Solymæ uidere sacrae Memphitica tellus;
 Gallia bellipotens: marticolæq; Getæ;
 Atq; alias bello regiones fortis in armis
 Lultraui:merita nobilitate feror .
Doctores Doctoris quidã titulũ nomẽq; tenere
xliv. dif. sa- Gliscunt:se iactant:& didicere nihil.
cerdotes. & De rebus fatuis uanissima uerba loquũtur:
gl. in. l. i. C. Esseq; prudentes/doctiloquiq; uolunt.
de at hl. li. x. Nil sapiunt penitus:tantum de cortice libri.
 Sumpterunt tituli nomina uana sui.
 Cum manibus ductant fatuum:præconia iactant.
 Que nũq; meritis sed peperere suis.
puer. xxyi. Sed quid multa loquar:fatuis innata superbis
 Hæc mala:quod non sunt:protinus esse uolunt
DE LVSORIBVS.
in auten. de Multos ludog; fatuos damnosa uoluptas.
fanc. epif. in Sollicitat:tantũq; iuuat.
terdicimus. Nil aliud curant:nec delectatio maior.
Vir. de lud. Iacturam neq; pensiculant.
Exo. xxxii.
i. Corin. .x. En iterum nostris offert se turba camoenis
 Sordida;ludorum concoinata iocos



LVDIO IN
TENTI

Pone merū
& talos pe-
reāt q̄ crasti-
na curant.
Mors aurē
uellēs: uiu-
te ait uenio
Sedit p̄p̄lus
comedere
& bibere &
surrexerūt
Iudere

Initio furis ego sum tribus adita quarta.
Ludus ait: fatuos hic numerabo meos
Quidam sunt adeo incensi certamine ludi
Et ludos tanta sedulitate colunt:
Voluere taxillos reputant sibi gaudia summas;

I. li. ff. d. alea

- gl. i. c. p. de
 ui. & ho. cle. Noctes atq; dies ludi certamina uersant
 xxxv. disti. Alea discurrit sordida lucra petit.
 ca. i. gl. i. Hunc senio dicit: damnosa canicula mordet.
 Iuuenalis Illum; sed Venus hunc radit iniqua cito.
 de ex. pla. in Ludus agit bilem: mentis secreta relaxat;
 ter dilectos Inficit ingenium: sensibus atq; nocet
 ubi glo. & Efficit iratos homines: præcordia frangit.
 doct. do. Alea: sollicitos efficit usq; uiros.
 Car. in cle. Nil currant aliud lutores: tota uoluptas
 ii. de uita. & Sortibus infixæ est: irrequieta quidem:
 hone. cle. Per noctem uigilant: latrant: iurantq; frequenter.
 Leui. xxiiii. Nulla fames illos: nec sitis ulla mouet.
 Ad ro. ii. de Sæpe furore graui diffamant uulnera christi:
 cle. male. c. Torquent ad superos uerba nefanda deos.
 i. & ii. De iu Tãq; pæstiferos lutores: conditor orbis.
 di. c. ii. li. vi. Curet: & ad stulti turpia uerba fleat.
 no. m. c. cle Spurcidius tamen hoc. q; foemina ludit: iniquis
 ri. de uita. & Intermixta uiris: & tabulæ usq; uacar.
 hone. cle. Nobilis: & clerus: ciuis: iuuenisq; senexq;
 Quem decet ut modicum ludat: sibi congrua sumat
 hosti. in sũ. Tempora: personas eligit atq; pares.
 de ex. pla. q̄ Omnipotens cunctos lutores odit iniquos:
 liter. Et ludos uetuit regula sacra patrum.
 Nam mala proueniunt ex ludo crimina multa:
 Ludus opes minuit: & bona cuncta terit.
 DE SVPPRESSIS FATVIS.
 Et scio turba meo fatuorũ picta libello.
 Magna: sub insculptis atq; locata notis:
 In tergum illorũ capitosus saltat asellus.
 Depressos monstrans: stultigerosq; uiros.
 puer. i. Transtra per & remos collecta est tanta caterua
 Eccl. xxxiii. Er numerum tantum nostra carina uehit:
 Vt prope stultorum sine me discederet ingens



MVLTE
fatuorū p̄s
fure.

Mulrino //
dos fatuos
p̄is contor
quet asellus
Et stultos
plures calci
trat ille ni
mis. Qui se
sponte sua
p̄apta picn
la mittunt ;
Auriti & pe
coris sub pe
de crebro ia
cent.

Copia: sed monuit noster asellus herum.
Naniculam merito stultis conscendo paratam.
Sum quia quem torquent omnia facta nimis.
Exiguus pro me locus in rate: & angulus arc̄tis
Sufficit inq; foris: me mora nulla tenet.

Ne me continuo calcet uel premat uel afellus

Quem piger in tergo cogor habere meo:

Sapien. ii. Si saltem patiens ad mandata illius essem;

ad heb. xii. Libera sperarem membra abitura cito.

ii. q. i. multi At beat hoc unum socios comitesq; tenemus

puer. i. Plures qui uiuunt conditione pari:

puer. xxvii. Hi sunt; prudentu nuq; consulta sequuntur.

Qui bona; nec capiunt consiliuq; ferax:

puer. xvi. Hi sunt; quos ira stimulus per crimina iactat;

Ecclesia. xl. Ob causam nullam; sed ratione carent.

viii. Hi sunt qui lites mercantur; quiq; dolore;

puer. xiii. Inuidia marcent; causa doloris abest.

puer. xxvii. Hi sunt; audaces; qui natos quosq; proteruos

Eccle. xxxi. Dum uirgis parcunt uerberibusq; parent.

Ecclesi. viii. Hi sunt; uicinis qui sauos; quiq; molestos.

Ecclesi. ii. Se praebent; uel quos pocula magna iuuat.

Præterea in pedibus quos torrens uiscus arctus;

Quem tolerant; hi sunt quis se non placet.

Sunt & lurcones; sua qui patrimonio possident.

Qui plus consumunt; q; sua arata ferunt.

ff. de adult. Hi sunt; lenones proprias qui ad crimina machis.

mariti. & l. Vxores stolidi; sacrilegicq; locant.

ii. Stultus & hic pariter sua qui peccata recenset;

de pe. di. iii. Et poenas; uita sed gerit usq; malam.

ga dimissa Hi satis a duro fatui calcantur afello.

& c. nihil & Sed tamen hac iuncti naue; per æquor eunt.

ca. in falicibus

DE MILITIBVS ET SCRIBIS

Dum captante equites hominem; scribaeq; maligni

Villanum; & qui sit simplicitate rudis;

Si saltem numos habeat; spoliatur ab illis

Cogitur ut soluat rusticus ille minis.

puer. xxi. Ad naues nostras; equites; scribasq; citamus;

math. xxiii. Ad fatuam sectam dant monumenta mihi;

Eccle. xli. Auriculas asini gestant; titulosq; merentur

Lucæ. iii. Quos dabimus dignis pro meritisq; suis



DESCRIBET
EQUITIBUS

Rapinæ im
pioꝝ detra
hent eos: q̄
noluerūt fa
cere iudiciū
Ve uobis
scribæ: q̄ co
meditis do
mos uidua
rū. ue uobis
uiri ipiū. Ne
mine concu
ciatis neq̄
calūniā faci
atis. & cōtē
ti estote sti
pendiis ue
stris

Accelerate precor: quoniā mea nauis abibit;
Quæ uos ad remos, transtraq̄ longa uocat
Est labor equalis; studiū simile: atq̄ facultas
Par: q̄ scriba gerit. q̄ malefidus eques
Hic rapit infidiis; spoliat clam prædo per agros.

Ezech. xxii
Esaia. x.

- Job. xxx. Publicitus scribæ decipiunt homines.
 Math. v. Sub madidis pluuiis æques & sub frigore duro;
 Job. xxvii. Corporis exponit fortia membra: sui.
 puer. xi. Hic animam calamo infuscat: perditq; salutem
 Nich. ii. Auri & nûmorû est his quia magna fames.
 Pfal. ix. Accendit prædo uillas: flammisq; perurit
 Culmina: quærit opes: exuuiasq; petit: :
 Luca. xxi. Rusticus a scriba simplex seducitur: atq;
 Amos. iii. Cogitur in pennas soluere cuncta suas.
 Eccle. x. : Quærit opes qui uis: precium quoq; captat iniquû;
 Est spoliatorum turba maligna nimis.
 Iacobi. iiii. Officium si quisq; suum moderamine iusto
 ii. Thim. ii. Rite ministraret: laus sibi magna foret.
 Hic eques: ut gladiis inopes defenderet: atq;
 Esaia. iii. ! Cuni uiduis pueros: emeritosq; senes:
 Mathe. iii. Quo duce tuta foret semper res publica: quo ue
 Latrones fugerent per fera lustra prætul.
 Mat. xxiii. Hic calamo iustas leges conscriberet: atq;
 Zach. vii. Iusticiæ normam panderet arte sua
 malach. iiii. Sed modo pupillos inopes: uiduasq; relictas
 Ille armis: calamo hic: expoliare solent.
 Luca. iiii. Non dolus in terris maior: fraus turpior usq;
 Ex: scribis q; tot mala proueniunt.
 Ast equites faciunt: q; semita nulla uiarum
 Tuta est: impune crimina tanta uolant.
DE STVLTA NVNTIORVM LEGATIONE.
 Cursor ego uelox longis de paribus orbis
 Aduenio: nec uas potui euacuare bibendo
 Donec: has fatuis sulcantibus æquora passim;
 Præberem chartas: uanitate sistere ratem.
 Proposui fateor nullos uehere in rate nostra
 Cursores: agitur res quia nostra mari.
 Nauis in undosa rapitur uolat atq; carybdi;
 Nec reuocare potest nuncius ullus eam;

q̄lis debeat
 at eē nūcius
 pōit spe. ī ti
 tu. d. execu.
 puer. xxy.

BIBLIOTECA NACIONAL
 BIBLIOTECA AMERICANA
 "JOSÉ TORIBIO MEDINA"



NVNCI
 VS INV
 TILs

Sicut frigus
 niuis i die
 messis Ita le
 gatus fides
 ei q miserit
 eū: aīam ip/
 sius regesce
 re faē. glau
 dus pedibus
 & iniquatē
 bibēs q mit
 tit uīā p nū
 ciū stultum
 nūcie sis ue
 rax / tacitus
 celer atq; sī
 delis.

Attamē ex istis: quidam sibi tradere partem
 In rate pro fatuis nuncius esse cupit.
 Qui chartas scriptas / cera impressasq; sigillo
 Portet in ore suo gestet & in manibus;
 Ne fiant madidæ; capiant ne ue altera damna.

Ezech. x.

puer. xiii.

Ambulet & tutam nuncius usq; uiam.

Quidam cursores: plusq; cōmittitur ipsis;

Expediunt; nugas concipiuntq; meras.

puer. xxvi. Sapius ex magna tamen ebrietate morantur

Officium tardant; expediuntq; nihil;

Atq; uias calcant infidi tempore multo.

Ocia longa terunt conficiuntq; moras.

puer. xxviii. Caupones omnes lustrant; omnesq; tabernas

Vt capiant dulci uasculo plana mero

Ter legit atq; quater chartas; manibusq; reuoluit.

Nosse uolens; quid nam littera missa canat:

Proue. xxv in fine. Non alia ratione tamen sic scire laborat

Scripta; nisi ut ualeat dicere multa noua.

Negligit interdum; nec scit cōmissa referre;

Et sine responso perfidus inde redit.

puer. xxvi. Sapien. v. Tempore ceu messis recreat nix corpora nostra;

Et sicut requies quæq; cupita iuuat.

Sic recreat dominū per quē legatus abiuit.

Nuncius; & chartæ credita iussa refert.

Hi sunt; quos uolui stulti qui nuncia uerba

Transuectant; currunt nec sine uase meri.

Iecur habent calidū; calor hic innascitur ipsis.

puer. xx. Ob cursus uolucres; nugilo quasq; genas.

Hiere. ii. Nuncius hic dignus precio; titulisq; decoris

Eccle. xxxiii. Expediit imposta qui cito iussa rei.

DE CELLARIIS ET COCIS.

En uenit aucta cohors promog; iāq; coquog; .

Cōmissæq; domus cetera turba uenit.

Ad nauem properant. & forti robore fulcant

Adiuta his citius carbasa nostra uolant.

Est damnosa nimis dominis hæc turba penatum.

Cuius iā crapulas; luxuriæq; uides.

Ezec. xxiii. Est natura coquis; & promis semper iniqua

Quos domini nulla sollicitudo manet.



Inq; uicem iactant: quonia nos sola uoluptas.
 Potus iucundi confouet atq; cibi:
 Edendū est igitur nobis semperq; bibendū;
 Nos cibus & pascunt uina aliena quidem.
 Inuenies raros custodes esse fideles.

COQUi &
 CELLarii

In cella atq;
 penu gens
 hac furit in
 q; culina. Et
 meliora bi-
 bēs piguia
 queq; uorat
 Cōsumētur
 carnes & co-
 quat uniuersa
 cōpositio
 & ossa tabe-
 scent.

Proue. xxi.
 & xxiii.
 Esaia. lxy.
 puerb. xi.
 Math. xxii.

Aut: seruos dominis perfida turba laris.

Sopito domino referat cellarius urnas:

Atq; aperit sapidi uasa uetusta meri.

Eccle. xxxi. Oenophoræ uio cōplet: uacuatq; laganas.

Bacchi quas seruat ad sua gaudia herus

puer. xii. Contenti non sunt: proprio consumere luxu.

Credita quæ manibus sunt bona cūcta penus

Adducunt alios ganeones atq; bibones:

Quorū opera possint euacuare cados.

Lucæ. xvi. Nulla fides illis: iactaræ damna futura:

Treno. v. Hi nihil aduertunt: decipiunt sed herum.

puer. xxix. In lecto recubans / censu pereunte / patronus

Nil sentit seruos credit habere bonos.

Sed cū forte iubet sibi dulcem afferre lyxum

Bombo uasa sonant euacuata graui.

Eccle. xxxii. Est dolus in promis: est & uersutia fallax

Lucæ. xii. Infidi dominū decipiuntq; suum.

Quid coquus imūdus facit: & qua fraude patronum.

Decipit: en audi: sordida gesta cano:

Ad ephē. vi. Ista caterua quidem nulla pietate mouetur

Edunt: consumunt / & bona cūcta uorant

Emptaq; fumosam ueniunt quæcūq; culinās

Imūdus gustat fercula prima coquus

Inde fame si quis coquus aut cellarius unq̄

Deperit: at crapula dicitur usq; mori.

DE RVSTICORVM ARROGANTIA.

Villanæ siquidem superest dementia sectæ

Quæ cupit in farua ducere uela rate:

xlv. di. ip̄n. Ergo mihi parcat uillana superbia: quā nunc.

l. nup. C. de Pungimus in teneris uer: sibus / atq; notis

n. & col.

gl. i. l. ser Simplicitate rudus quondam natura colonum.

uis ur. ff. de Extitit: atq; humilis conditione fuit:

le. iii. Si nūmeq; atatis poscas: non sæcula longa



RVSTICO
rū ambitio.

Nihil ipu/
dētius arro
gantia rusti
cogē. Non
oderis labo
riosa opa. &
rusticationē
creatā ab al
tissimo. Pu
trescere fa
ciā supbiā
& pplm istū
peilimū qui
nolūt audi
re uerba
mea. & abu
lāt i prauita
te cordis sui

Fluxerunt in quis simplicitas nituit;
Iusticie solium turritas liquerat urbes
Virtus: rusticitas/ cū probitate fides
Migrauerē simul quondam ad triuialia tecta;
Adq; casas humiles: stramineosq; lares

Oui. i. fast.
& i. metha.

- Iuuenalis Non dolus in uillis; non fraus in rure fuerunt
Hos penes aetreae sacra cathedra fuit.
- Eccle. vii. Ardor auaritia nullus; non fenore lucrum.
Mutabat mentis rustica turba rudis.
Auri nulla fames; non fastus corporis; at nec
Ornatus quales ciuica turba gerit.
- Hiere. xiii. Sed modo coeperunt habitus gestare superbos.
Villani; quonia pristina uita ruit
Crines in modum tortos/ crisposque capillos;
Et calamistratos rustica turba gerit.
Vestis partitas scutulis/ uarioque colore.
Gestant; quas cingit simbria picta quidem.
In manicis sculptas extremo more figuras
Et tunicas portant cum breuitate bonas
- Sapien. xvii Discit ab agricolis gens urbana/ fraudibus uti
Atque dolos multos; & noua cuncta mala.
- Iob. xxiiii. Sola tenet nummos gens rustica; solaque saccum
Esaie. v. Ingenti aere replet; diuitiisque studet.
Proh pudor unde uenit tam morbida uita colonis;
Unde siccis rudibus/ improbitasque uiris;
- Hiere. li. Villanus diues; mox fit mercator auarus;
pue. xxiiii. Mercatorque studet nobilitate frui.
- Iuuenalis Tempore sic nostro uillani; nomina clara
Ecclesia. iiii. Nobilitatis habent; simplicitate carent
Quarere pro pudor est nimis alta & inania semper
Stare nec in proprio/ nec remanere statu.
- xlyii. dist. si DE PAUPERE CONTEMPTU.
cut privilegia Paupertas fugitur/ totoque arcessitur orbe;
pau. vi. i. l. si Undique numme places; pauper ubique iacet.
qs ad. C. de Ridetur solus pauper; solusque fugatur;
epi. & cleri. Cadit inops cunctis; nummis in arce sedet.
archi. xi. q.
iii. pauper Nummos plures fatuos uehit illa carina;
Sola quibus rerum copia uana placet;



PAUPER
TATIS cō
tempus.

Paupertas
nō ē de gr̄ie
maloḡ. Et
munera nō
dū itellecta
deū. Mens
auari semel
uinculis cu-
piditatis a-
itricta: sp̄ au-
rū sēp argē-
tū uidet: sēp
redditus cō-
putat. grati-
us ituet au-
rū q̄ solem.

Quos magis oblectat cupidi possessio nūmis;
q̄ mox probitas, æregiū ue decus.

Paupertatis onus omnes iā ferre recusant;

Auri sacra fames pectora cūcta quatit

Haud facile emergunt quorū uirtutibus obstat.

Sapient. v.
Virg. iii. en.
Iuuenalis

- Sapien.ii. Res augusta domi: pauperiesq; grauis.
 Ecclesi. ix. Amplius haud titulos clarosue merentur honores.
 puer. xxiii. Qui sophiæ cultus & monumenta colunt.
 Eccles. x. Iaq; uiri iusti postrema sede locantur:
 Diuitibus solis munera prima patent.
 Oui. i. fast. Nam quia collectus tribuit modo census honores;
 Census amicitias: pauper ubiq; iacet.
 Iuuenalis At qui diuitias ingentes tentat habere.
 Ecclesi. v. Curat opes grauidas & cumulare sibi:
 Mich. vi. Hoc modo constituat uitam si: spretor honoris
 Et fidei seruet pignora nulla sacra:
 Eccle. xxv. Per superos iuret: fallatia uota per aras
 xxxvii. dif. Iactitet: emineat nullus in ore pudor:
 nōne. Nil scelus atq; nefas nihil & peccata peracta.
 Eccle. iiii. Estimet: & cæcus ad mala cuncta ruat:
 xlvii. dif. si. Exercet rapidam usuram digitosq; tenaci.
 cut. A miseris capiat scœnora dira uiris
 Ecclesi. xiii. Delatoris agat fraudes: uocesq; dolosas
 Amos. v. Auribus instillet sœua uenena bonis.
 Esaia. x. Infectus uitis istis nunc uoluitur orbis
 Iob. v. Totus & ad nūmos sœdula turba ruit.
 puer. xi. Venditur omne nefas nunc pro quadrante minuto
 xi. q. iii. Venditur & uirtus: iusticieq; rigor.
 pauper. xx. Plures ex merito morteq; & fata subirent
 iiii. q. iiii. ne Ob scelera & uitæ crimina magna suæ
 amisso. Ob furtū plures furcasq; crucisq; subirent
 apo. xviii. Ni facer hos nūmus a laqueo eriperet.
 Ecclesia .x. Impunita manent nunc crimina multa uiroꝝ
 Nūmus ab exitio liberat atq; nece.
 Iuuenalis Furibus ignoscit magnis censura: columbas:
 Vexat: & ad laqueum guttura parua ligat.
 Acab. Contentus regno quondam non perfidus Achab:
 iiii. Re. xxi. Cogitat atq; inopes expoliare uiros.
 Eccle. y. Ortus erat Naboth: patria quæ lege colebat,
 Vir bonus & frugi: gratus & ipse deo

Ortum hunc rex diues a paupere habere petebat.
 Hunc sibi: sed Naboth cum ratione negat.
 Propterea misere saxi trucidatus: & ense
 Corui: at tandem rex fera fata tulit.
 Solus inops premitur: saccos gestare necesse est:
 Truditur in saccum pauper ubiq; grauem.
 At paupertatis quando aetas aurea mundum.
 Lustrabat laudis gloria magna fuit.
 Parcus erat uictus: frugalis uita: laborq;
 Cōmunis feruor: nullus avaritia.
 Omnia maiores: cōi iure tenebāt:
 Non ita diuitias legerat ullus auus
 Paupertatis amor peperit praconia priscis
 Quosq; perpetuo gloria parta uiuet.
 Paupera Roma fuit quondam: pauperq; senatus
 Atq; inops habuit bellica Roma duces.
 Curius insignis dux paupertate decorus:
 Sub iuga Samnites traxit & Aufonios.
 Publicolam extollunt: qui pauertate benigna:
 Emeruit laudes: æt hercuq; decus.
 Fabricium colimus: qui Pyrrhi munera spreuit
 Cui satis exiguus census & arca fuit:
 Regulus & meruit praconia magna: decusq;
 Iugera cui exiguo parua fuere loco:
 Paupertas tribuit nostris primordia sacris
 Hæc urbes statuit: sceptraq; digna dedit
 Ista magistratus stabiliuit: regnaq; mundi:
 Inuenit meritis dogmata cuncta suis
 Græcia clara quidem cum paupertate decora
 Promeruit laudem perpetuumq; decus
 Iustus Aristides pauper: fuit Epamynūdas
 Dux equidem pauper: fortis & indomitus:
 Et fuit insignis uates quoq; pauper Homerus
 Dum tonat heros troica fara pede;

vi. q. iii.
 pauper
 Iuuenalis
 Lucanus.
 xv. q. i. illa
 no. d. rescri.
 statutū. li. vi
 bea. tho. iiii.
 q. clxxviii.
 ar. iii.
 puer. xix.
 xii. q. ii.
 crates
 Roma.
 q. Curius
 dendatus
 Publicola:
 Fabricius
 M. regulus
 de quo tullius
 in of.
 Apuleius
 Græcia
 Aristides
 Epamynū
 das

- Homerus Socrates aetherea sophia succinctus & artes
 Socrates. Diuitiis uacuis nō sine laude fuit.
 Ecclesia .xi. In mundo nihil est tam caelum: tāq̄ superbum;
 Ex riuo quod non fluxerit exiguo;
 Roma. Paupertatis honor: Tarpeias extulit arces:
 augustinus. Atq; urbi titulū principiūq; dedit:
 Pauperibus Roma est quondam pastoribus orta.
 Rusticus exilis nomina tanta dedit.
 Ouidius. Diuitiae molles fregerunt regna superba:
 Eccle. xviii. Propter opes cecidit Roma: cadetq; potens
 carthago Propter opes: miseras passa est Carthago ruinas
 puerb. xxii. Paupertatis honor sed sine fine micat.
 Iuuenalis Quid tantū cupimus? funesta pecunia multos
 Crasus de Mortales damnū iussit inire graue:
 quo herodo Diuitiae Croeso regi nocuere superba:
 li. i. Propter opes mortis tristia fata tulit.
 puerb. xxii. Si uenerandus apud mortales pauperis usus:
 Eccle. vi. Nam coelum diues nullus inire potest.
 Marci. x. **NON PERSEVERARE IN BONO.**
 Hoc manibus multi cupidis contingere aratrum
 Accelerant: coeptum sed continuare laborem
 Postponunt: quoniam nōdum ratione politici;
 Assidue cuculum pascunt: nidoq; reponunt.
 Lucæ. ix. Feruet opus primū dum rusticus urget aratrum
 Ecclesia. Fit labor ardenti primus ubiq; manu.
 xxxviii. Quid uelit ergo mei sententia carminis audi
 Abacuc. i. ii. Ut capias alacri nunc documenta manu:
 Cori. vi. Hos uocat ex merito fatuos stultiflua nauis
 Ad heb. iii. Iure suo remos: uelaq; celsa trahunt:
 Qui satis incipiunt bene uiuere tempore primo:
 Et uitam ostendunt ducere uelle bonam:
 Ad heb. xii. Ad sophiae studium proni: documenta sequitur
 Et bona: quae sterunt felicitatis iter;



NON per
seuerare in
bono.

Nemo mit-
tēs manum
suā ad ara-
trū & aspici-
ens retro .a
ptō ē regno
dei. Qui te-
net aratrum
& q̄ gloriat̄
ī iaculo cor-
suum dabit
aduersādos
sulcos. & uī-
gila eius in
sagina uac-
cage. Multi
bene īcipiūt
q̄ in malo uī-
tam finiunt

Eccles.ii.

pythagoras
iosue.vii.
puer .xxvi.

Nō tamē ad cliuū: montisq; cacumina scandunt
In quo sup̄rēmū cernitur usq; bonum.
Virtutū posuit sapiens in uertice collis:
Qui nitidis animis monstrat ad astra uiam
Sed facie auersa plures, oculisq; reuersis

- Exo. xvi. Ascendunt: quibus hæc inferiora placent:
 Nume. xiiii Et placet Aegyptus: in qua tenebrosa patrant
 Math. xv. Multa: retrocedunt: facta priora petunt:
 Luca. xi. Qui prius insigni coluit pietate tonantem:
 Apoca. iii. Mutatus/ recidit ad scelus atq; nefas.
 Hier. iii .i. Est status illoꝝ damnosus: nec bene tutus
 q. i. uetũ de Qui bona postponũt: & malefacta colunt.
 pe. di .i. quẽ Nam ueluti egrotus tremulo qui pectore languet
 penitet. xcii Viribus effoetus: semianimisq; iacet:
 di. plurimos Corporis optatã poterit sperare salutem.
 xvi. q. i. i ca/ Non: nisi doctrinam uiuat ad impositam
 nonibus. Deferat aduersum uulnus: quod corpus egenum
 Eccle. xviii. Inficit: interdum deteriusq; facit.
 Eccle. vii. Nil est q; iactas: nihil est q; murmure clamas:
 Sapien. v. Te fecisse bonum: te coluisse deum.
 Mathe. x. Non satis est patrasse semel benefacta. sed usq;
 Deu. xxxii. Ad finẽ uitæ continuare iuuat.
 Eccle. ix. Discite quæso bonum: facite & bona: continuate
 Optima quæq; deo sic bene coepta placent.
- DE NEGLECTV MORTIS**
- Non generi/ aut opibus/ uirtuti/ aut moribus o mors
 Parcís ubiq; bouis: cúcta creata rapis.
 Quo magis hos stultos reor insanire profecto
 Qui tua prouideant non bene tela cito.
- Seneca Fallimur o fratres: error quoq; singula torquet.
 Iob. xxi. Viuida: quippe nimis incauti pergimus omnes
 Iuuenalis Terrorem mortis: & inexorable fatum
 Negligimus: nihil attenti/ q; terminus instat:
 Et si certus: at incerto uersatilis auso.
 Iob. xviii. Quo medio: ignoras/ & qualiter/ aut ubi/ quando.
 ii. reg. xiiii. Tu moriere tamen: fato concedere certum est.
 Ouidius. x. Omnes transimus pariter: fluuiialis ut unda:
 meth. Sed quia tam uarie morimur: tu cras/ hodie ue:



MORTIS
 NEglectus.
 In hoc oēs
 fallimur q̄
 mortē n̄ p̄i
 demus. cum
 nihil certis
 morte nihil
 icertius ho
 ra mortis
 Iste morit̄
 robustus &
 sanus diues
 & felix ui
 scera eī ple
 na sūt adipe
 & medullis
 ossa illius ir
 rigāt. Alius
 uero morit̄
 ī amaritudi
 ne aīe suae
 absq̄ ullis
 opibus & t̄n̄
 sil̄ ī puluere
 dormiēt: &
 uermes ope
 rient eos.

Serius aut citius sequitur uicinus: eo fit:
 Credula decipiat ut spes mortalia cūctas;
 Hora incerta simul rapiat iuuenesq; senesq;
 Arra subest: contractus habet sua iura: rescindi
 Non poterit: peccata necem fecere nephendam

puerb. x.
 Eccle. ix.
 Sapien. ix.
 Gene. ii.
 Ad rom. y

- Seneca. Nemo satis tardus: mors oīa tēpore quo uult
 Eccle. xi. Absumit: tibi forma licet sit pulchra: uenusta aut
 Ad Ro. vi. Sis ualidus: fortis: nil refert: morte peribis
 Iob. xxi. Nec mora: ferali monstro correptus: abactis
 Iuuenalis Viribus: exhalas. corpus sudore rigescit
 Frigidulo: mox forma nitens pallore putrescit:
 Eccle. xvii. Corda tremunt: stridor dubius: titubantia uerba:
 Vita cadit: mors instat atrox. sic strenimur omnes.
 puerb. xi. O fatum crudele nimis funesta profecto
 Ecclesi. xli. Hora illis loethi quos uana pecunia uinxit:
 Virgi. vi. Et qui diuitiis soli incubuere repertis:
 enei Delectat mundi quos gaudia: mox sed eundum est
 Horatius Pallida mors: æquo pulsat pede regia cuncta
 Iob. xv. Vestibula ut flaccus resonat misera: q̄q; tenebras
 Eccle. xlvi. Fastus non curat: pomposaq; pectora spernit
 Iob. iiii. Muneribus nullis placatur: florida cessant
 Ecclesiasti. Verbaq; i hectorico quæ sunt prolata boatu.
 ii. & iii. Papa sacer: uillanus iners: discrimine migrans
 Eccle. xiiii. Consimili: effugiet nec enim qui euadere tentat
 Nestor Nec quisquis securus erit: mors omnia tollit.
 Sybilla Cūcta rapit. si Nestorem quis uixerit æuum.
 Siue sybillinum: uita aut breuiore fruatur:
 Nil refert: pereunt moribundo tramite cūcti
 Mille hyemes uiuas moriere tamen: tibi finis
 I. fi. C. de sa. Morte datur: rarus centum qui uiuit in annos:
 san. eccle. At tandem inuitus morietur: saepe uolensq;
 Iob. iiii. Post patrem: modico uiuit: quoq; tempore natus
 Morte patrem interdum præcurrit filius unus
 Post alium uadit: donec pater atq; iuuentus
 Apoc. xxi. Deficient: tandem flāmæq; elementa repurgent.
 Cur ergo ploras: male sane. & funera planctu
 In auten. de Desles horrifono. fatuum est turbare quietem. j
 nup. dein. Sopito: uixit sua tempora: moxq; sequemur
 ceps col. iiii Mortis & inferias gustabimus: ibimus omnes

Adde q̄ ante diem multis fuit utile quondam
 Posse mori: & uite miseræ finire labores
 Consciuerē sibi plures medicamine mortem
 Ast alii laqueo/aut ferro uitāq̄ perosi:
 Proiecere animas: multis res cōmoda mors est.
 O quot captiuos e carcere liberat acti:
 Soluūtur fato funes tormenta: catastæ.
 Et qui torquendi fuerant sine fine flagello.
 Libera fortunæ mors est. quæ pauperis ædes.
 Et regum turres æquo moderamine uersat.
 Et si partitur male opes fortuna nefanda:
 Inq̄ bonos sæuit: tollit uel in astra malignos.
 Id tandē æquali/mors horrida/lance rependit.
 Quam sibi periodum/metam/seriēq̄ diēq̄
 Mors statuit: seruat: firmo hanc adamante ligatq̄
 Hæc precibus cessura nihil: sola illa refutat
 Quicquid in orbe placet: præceptaq̄ nulla ueretur
 In girum uersat uestigia dira: choream
 Saltat & horridulā: cui nemo obsistere possit
 Non papa: aut caesar/ rex/ præsul/ ciuis/ egenus
 Sæpe prius lassare pedes mors perfida cogit.
 ñ credas: cautūq̄ tubæ obseruare ferocem.
 Sarcophagū facias quid pdest marmore & auro
 Qui bonus est: coelo tegitur/ si non habet urnam.
 Acta errore quidem/ uano Arthemisia struxit.
 Mauſeolum. septenam inter spectacula mundi.
 Quod prisca annumerant: auro gēmisq̄ relucens.
 Extulit hic chemnis stupidam per sæcula cūcta
 Pyramidem: qualem nec sol/ neq̄ tellus obiuit.
 Millia tercentena hominū: per lustra quaterna:
 Ut diodorus ait molem hanc uix condere possunt.
 Quid q̄ opes pene exhaustit Mēphitica tellus
 Quo plebem artificū solis radicibus: atq̄
 Exiguīs herbis aleret? quis cætera narret.

Iuuenalis

Virgi. vi.
enci.

Sapien. iii.

Iuuenalis

Horatius

Vir. de for.

Martialis

Ecccl. xxxix.
i. corint. xv.

Eccle. xlviij

Ecccl. ii. & iii

Horatius

Arthemisia

de qua hier.

yii. a. g. li. x.

Chemnis

de quo dio/
do. li. ii.

Rhodopis de quo he/rodo. li. ii. Fercula uix aliquis sit uel ditissimus ipse Princeps ex nostris nisi fallar solueret illa.
 Amasis he/rodo. li. ii. Pyramidē Rhodopis struxit: diues quoq; Amasis: Quid tamen hoc? frustra est orbem diducere totum.
 Eccle. viii. Est res uana quidem/ quā uix hæc nostra carina
 Math. xxiii. Concipit: impensas tot frustra inferre sepulchris
 Luca. xi. Et cineri atq; luto tantam ædificare speluncam
 Esaia. xxii. Interea una salus animæ: cōremniture: atq; Negligitur: quis uiuat per sæcula mille
 Eccle. vii. Terra deo benedicta omnis: decorata sepulchra
 xiii. q. ii. ubi Iustus habet: uel sub diuo/ aut alicunde quiescat.
 cūq;. Tempestiue igitur uenturam dirige mortem
 Seneca Conciliare deo: scelerati pessima mors est.
 puer. xi. **CONTEMPTVS IN DEVM**
 psal. xxxiii. q; deus a pœnas non pronus sauit amaras
 Crimina q; hominū sæpe impunita relinquit:
 Non ideo stolidam præbet tibi uellere barbam
 Nec deus ignoscit sceleri: quin puniat olim

Iob. xv. Quis tolerare queat fatuos? qui sepe tonantem
 psal. cviii. Cōtēnunt uerbis: & certant murmure contra:
 Eccle. viii. Noctes atq; dies patris mandata superni.
 Exodi. xvi. Confundunt: linguæ petulantia uerbaq; promunt.
 Danielis. iii. Tāq; de nostri generis sit semine natus:
 Sapien. xi. Aequalis nobis: nec sit metuenda potestas
 Iudicii superum. nec presens pena nocentum.
 Persius. De Ioue quid sentis? cuius sic uellere barbam
 Audes: & teneras aures impellere tentas
 Eccles. viii. Mox deus ad pœnas cum te non trudit amaras
 Ignouisse putas? quia cum tonat: ocuis Ilex
 Fulmine discutitur rapido: q; tuq; domusq;
 O male fidentes: uitam sic ferre nocentem
 Quid iuuat usq; adeo? deus est super omnia iustus
 Cuncta uidet: contundit enim sua lumina nullus



CONTEM
nere deum.

Quid tu
met contra
deū spūs tu
us ut pferas
de ore tuo
hmōi ser
mones? Nō
ē i hoīs pā
te p̄hibere
spiritū . nec
habet p̄tātē
ī die mortis
nec finit̄ ge
scere igrūē
tē bello . ne
q̄ saluabit̄ ī
pietas ipiū.

Nonne putas uitæ meram durare perennem:
Vt sint ad ueniam tibi tempora longa precanda
O fatue enormis noli coufidere rebus.
Fluctuagis: omnes hōrrenda morte peribunt.
Te peccare finit siquidem diuina potestas:

Ad roma. ii.
pue. xxvii.
Ecclesi. xvi.
Hiere. xiii.
Esaiæ. xlyii

- Valeri. li. i. Temporis ad spacium parcit quandoq; nocenti
 Ecclesi. Sed grauius tandem tormentum rector olympi
 xxxvii. Iniungit: torquetq; magis delicta nocentum.
 Ad Ro. ii. O male prudentes: quorū sic corda tenebris
 Obscure iacent: nequeant ut credere recte.
 Psal. vii. & Et curare deum: quo sunt elementa creata:
 xlvi. A quo processit nitidus sol: lucida phoebe:
 Ecclef. v. Qui statuit lucem: & noctes: & tempora cūcta:
 Ecclef. ii. In cuius manibus spacium dependet utrūq;
 Hieremiæ Et uitæ mortisq; gradus: deus omnia nouit.
 xviii. Quem peccasse pudet: cui rædia uita probrosa.
 Eze. xviii. Efficit: & curat cursum emendare priorem
 Math. iii. Hic speret ueniam facti pacēq; benignam:
 Lucæ. xiii. Nam deus omnipotens lugentē exaudiet ipsum

DE BLASPHEMIIS IN CHRISTVM.

Proh quicūq; deo maledicis: cōiuriūq;
 Indignū iactas linguæ & petulantia dicta:
 Dignus es ut primū moriaris corpore: honore/
 Atq; anima: Iudex qui finit ista: luet

- Math. xii. Funde pias lachrimas: fletus mœstiq; querelā
 xxv. di. q̄lis. Et genitus tristes: docta thalia precor:
 de pe. dist. i. Non sine luctifica possum de flere camœna
 pena. Crimina: que temere perfidus orbis habet.
 Bea. tho. iiii. Nā frustra fatuos culpauimus hactenus omnes.
 q. xiii. arg. i. Si minus hos stultos concumulemus eis.
 Leui. xxiii. Contenti quidā non sunt q; crimina mundi
 Lucæ. xii. Omnia pertractent: deteriora petunt
 Marci. iii. Proh pudor: in christum linguæ temeraria dir e
 Esaiæ. lii. Tela uibrāt. summo nil nocitura deo.
 Inuidiæ contra celestem uerba parentem.
 Mussant: & laceri pectoris arma petunt,



CONTRA
blasphema
tores.
Non sumes
nomē dī tui
i uanū si q̄s
blasphema
uerit i spiri
tū nō remit
tit ei nec in
hoc s̄culo
nec i futuro
Lōge graui
us ē eternā
q̄ t̄palē læ
dere maie
statē. de he
re. c. uergē
tis.

xxii. q. i. si
qs p̄ capillū

Hic capiti christi blasphemata murmura iactat.

Alter in ætherei mēbra sacrata dei:

Per iecur atq; genas iurat rigidāq; coronā;

Per cor: perq; pedes hic maledicta uomit.

Alter testatur transfixi uulnera christi;

i autē, ut nō

lux. con. na. Ille crucem sacram: polluit ille manus;
 circa me. Hic ex spurcifico supplantat uerba palato
 col. vi. Improba: supremū torquet ubiq; patrem;
 ii. mach. xii. Immoderata, nimis talis uesania: saepe
 de pe. di. iiii. Qua superos temere lædimus atq; deum.
 auctoritas i Hoc facit imodicus ludus certamina uini.
 tex. & gl. Hoc faciunt: quibus est æbrietatis honor.
 Ad Ro. ii. Gloria prima datur: qui scit maledicere christo.
 Leui. xlx. Qui iurat diuum per caput atq; pedes.
 Math. v. Propterea mortes subitæ: discrimina sæua:
 xxiii. q. v. In nos; & cœli fulmina iusta cadunt
 qd ergo. Nos patimur tremulis horrenda pericula mēbris
 ii. para. Impunita deus nō sinit esse mala.
 xxxii. O pater omnipotens: ueniam dato, nec tua iusta
 ii mac. xv. Vindictæ ira malos qui maledicta serunt.
 ii. mach. v. Sennacherib nam sic periit: sæuisq; Nicanor:
 Anthiochusq; ferus: multi aliq; simul. ::

DE PLAGA ET INDIGNATIONE DEI.

Miratur fatuus: putat & portenta subesse.
 Magna: q; interdum nos ferit ipse tonans
 q; deus omnipotens punit mortaliæ facta.
 Rite fit: heu nullus extat in orbe pudor.

puer. xiii
 Treno. iiii
 in fine
 Deut. xxxv.
 Hier. xv.
 Eccle. xxx/
 vii.
 Esaiæ. lii.
 Luca. xxi.
 Iacobi. vi
 Ioh. viii.

Quid prodest stultis christi monumenta tenere?
 Christicolū nomē prauus habere potest
 Aduersus summi facimus præcepta tonantis:
 Nil modo curamus que statuere patres.
 Nos christi titulum rapimus: documenta negamus
 Et sequimur temere dedecus atq; nefas.
 Nomē habere iuuat xpi: fideiq; sacrata:
 Verum opera horremus: negligimusq; boua.
 Iustitiā fugimus: uirtutis sacra fugamus
 Dogmata: sic mundus transit: & alma fides;
 Libertate uaga facimus peccata maligna;



FLAGELLUM
DEI

Pro mēfura
pcti erit &
plagage mo-
dus. Si stete-
rit Moyses
& Samuel
corā me nō
est aīa mea
ad populū
malū. Pecca-
tores psequē
malum & ius-
tis retribuē-
tur bōa pse-
queris eos ī
furore & cō-
terēs sub ce-
lis domine.

Vix maiora quidem crimina Thureus agit.
Heu genus humanū uiolatum crimine multo;
Et uitis; contra nititur esse deum.
Cum tamen omnipotens; mea si precepta tenetis
Ducam ait ad superi uos pia regna poli;
Sin leges positas & dogmata spernitis; atra

Iob. xv.
Ecclesi. vii.
Exodi. xv.
Deutro. xi.
Mathe. vii.
Iohan. xy.

- Leui .xxvi. Vos poena afficiã: poeste / lueq; graui.
 Nüeri .xiii. Quo fit ut ad prauas / horrenda piacula / gentes
 Mittat & ardenti tela trifulca manu.
 Ezech. xxx Plagis in terras uarias: sauosq; dolores;
 viii. Immittit iusti dextra seuera dei.
 Esaia. lix. Iam modo mauortis trepidantia bella uidemus;
 Deutro. xx Mortibus innumeris pestiferuq; malü;
 viii. Interdü patimur rabidos sub sole calores.
 ii. Reg. vii. Nonüq; rigidi frigora dura poli:
 Luca. xii. Fulmina dira: niues / bolides / tristesq; cometas;
 apo. xviii. Cernimus; & summo fulgura missa Ioue;
 Qui. i. epif. Et uarios mundi casus: plagasq; timendas
 psal. v. Quæ uenit ex merito: poena serenda quidem est.
 & .xliii. Sæpe palæstinos deus a regione paterna
 Esaia. xxii. Expulit; & sedes iussit adire nouas.
 Iohel. iii. Propter peccatü: plagas sufferre coacti.
 puerb. xiiii. Crimen persequit: sic deus omne malum.
 Treno. v. **DE FATVA PERMVTATIONE**
 hier. xxix. Qui pro stultifona non bene tibia;
 glo. isti. q. Comutat uel equü: noliger hic / nihil
 cü eo qui in Lucri consequitur: sic sibi & accidit.
 uer. sed erit Qui pro re fragilli: perpetuum fugit.
 & i autē. q. Sæpe solet fatuus plures tolerare labores;
 mo. na. eff. Atq; humeris grauius sollicitare iugü;
 sui coll. vii. Quomodo tartareis animã submergat in undis
 l. pe. ff. d. iu. Et uideat gygü guttura passa canis
 & fa. igno. q̄ qui forte heremü colit / inter lustra ferarum
 Ad heb. xi. Continuo effundit uora precesq; deo.
 puerb. ii. Nos scelera impellunt plures subisse labores
 & .iiii. q̄ uirtus facilis ad mala cūcta uia est.
 Sapien. xii. Cernimus en quales pomposa superbia fastus.
 Ecclesi. ii. & Exigat: atq; operis sit polienda quibus.
 xxxii. Ornamenta petit capitis; frontisq; coronas



Vnguentū: uestes / atq; monile graue.
 Ardor auaritiæ per sæua pericula multos /
 Per casus uarios: exitiūq; trahit:
 Nauigat hadriacum pelagus fluctusq; trementes.
 Quem studiū nūmi / curaq; uana trahit

n iii

Esaia. lvii.
Terentius.FATVA p
mutatio.

Qui uidet
 utilius & su-
 mit deterio-
 ra absit ei ra-
 dius lucis si-
 ne mora.
 Stultis non
 succurritur
 sed erranti-
 bus. Via im-
 piog; tene-
 brosa nesci-
 unt ubi cor-
 ruunt

Hor. in epi.
 Sapien. xiiii
 Claudianus
 de raptu p/
 serpinæ.

- Eccle. v. Non metuit fluctus tēpestateſq; ſonoras
 In epi. Auri ſacra fames: pectora tuta facit
 Sapphus Nec dulces ſomnos capiunt: moll eq; quietem?
 Funibus imitis quos Cythara trahit.
 Semp habēt curas luſores: ſape dolores
 Noctes atq; dies pertollerare ſolent.
- Treno .iiii. Quid ganeos memorare uelim: qui uentre refarto
 Iuuenalis In crapulis ſemp delitiisq; iacent?
 Quid referā fatuū: quem uexat cura laborq;
 Coniugis: in thalamo mutua ſupra timens?
- Sapien. v. Nemo tamē propter chriſtum ſufferre labores
 Promptus: ad interitum corpora noſtra ruunt
 Iuuenalis Optima raro placent: probitas laudatur: & alget.
 Eccleſ. x. Nempe homines cūctos: iam malefacta iuuant.
 Virtutem ſtudeat ſapiens amplectier uſq;
 Crimina proueniunt peſſima ſponte ſua.
- Mathe. vii. Qui pro cœlorum regno mercatur iniquas.
 Ezech. vii. t Illecebras mundi: ſtultus inerſq; manet

HONORARE PARENTES.

- Eccle. iii. Hos reor inſulſos fatuos pietate parentes
 iii. q. v. oēs Qui non præcipua uenerantur: quiq; iuamem.
 q. i. Thi. y. His placidum præſtare negant: qui uerba dira
 puer. xx. Iurgiaq; his referūt: tales ratis illa recenſet.
 & xxviii.
- Brūs tho. ii. Hunc etiam eſſe puto fatuum: ſtolidūq; parentem.
 ii. q. c. xxii. Largitur natis qui bona cūcta ſuis
 ar. v. Cum quibus ipſe ſuam poſſet ſufferre ſenectam;
 pue. xxviii. Morte grauēſcentes & recreare dies.
- Oui. i. met. Improbus inde ſenem natus caruiſſe parentem
 Ec. iii. & yii. Sustinet: & modicū fert ſibi præſidium.
 Leui. xx. Si nimiū uiuax pater eſt: ſibi triſtia fata.
 Deutro. v. Exoptat natus: mortis & exitium.
 Deu. xxxiii Non probitate quidem: nulla pietate mouetur.
 Pro uita effœta: pro ſenioq; patris;
 Stulte parens: cur tu nato bona tota dediſti?



Qui te nunc pascit impietate truci.
 Attamen iste diu non uiuet: tempora uitæ
 Multa nec implebit: morte repente perit:
 Qui patri & matri dignos non prestat honores:
 Nec colit hos quorū sanguine uita data est.

n iiii

HONORa/
 re parentes

Qui hono/
 rat patrē su
 um iocūda/
 bit ī filiis &
 ī die orōnis
 suæ exaudie
 tur. Qui ho
 norat patrē
 suū uita ui/
 uet lōgiore
 Qui timet
 dñm hono/
 rat parentes
 & q̄si dñis
 seruiet his
 q se genue/
 rūt ī ope &
 sermone &
 oī patiētia:
 Qui male/
 dicit patri
 suo & matri
 extinguetur
 lumē eius ī
 medijs tene
 bris.

Exo. xx.

Malach.

Math. xv.

Mar. vii.

Ad ephē. yi

- Deut. xxvii Morte mala dignus: reuerenter fere parentes
 puer. xx. Qui negat: est stygium dignus adire lacum.
 Absolon' Absolon insignis iuuenis/ formaq; decorus
 ii. reg. xv. Contempsit patrem: morte quoq; interiit.
 & xviii. q Cham nudasset stultus pudibunda parentis
 Cham A patre coelesti mox maledictus erat.
 Gene. ix. Sennacherib manibus natorum morte peremptus
 Leui. xviii. At regnum potuit nullus habere tamen.
 Sennache Balthazar ex merito ducebat tempus & annos.
 rib. ii. para. Luctiferos: secuit hic quia mēbra patris:
 xxxii. Nato sacra dabat senior documenta thobias:
 Daniel. v. Ut marem ingenti ferret honore suam.
 Thob. iiii. Propterea Salomon rex se de sede leuabat
 iii. Regū. ii. Regali: matrē condecorare uolens
 Dorylaus. Roma Corylao lueres/ pānaq; dedisses
 Plutarchus Si ueritus matrē non foret ille suā.
 hic. xxxv. Vnde etiā Rechab natos/ deus ipse probauit.
 Eccle. xxiii. In patre q; fuerat: in quoq; matre pii:

DE CAVILLATIONE SACERdotum i choro.

In choris sacris fatuos uidemus
 Prauitas oris quibus impudici est:
 Eliquant nugas. recoluntq; totum
 Gesta per orbem

- c. decet de i
 nu. eccl. li. In templis fatuos plures nunc esse uidemus;
 yi. Stultosq; in sacris stat quoq; turba choris
 c. cū decorē Qui nugas spargunt uarias/ & murmura linguæ:
 de ui. & ho. Atq; cauillantur uocibos assiduis;
 cle. Consilium capiunt: quo narra gonia fluctus.
 Hiero. ad Peruolet Ionias: plaustraq; lata parant.
 damasum O quales ritus seruat nunc sanctio quondam
 Psal. xxx Ecclesiæ: o leue q̄ continet ille decus?
 viii. & lxxii Nil agitur totum rigido Mauorte per orbem
 Ad eph. iii. Accidit externis nil quoq; grāde locis
 Quod non in sacris recitetur sedibus; adq;



GARRV/
lita schori

Cesset in ec-
clesiis uana
& mlto for-
tius feda &
pphana col-
loqa. cesset
cofabulatio-
nes qlibet &
c. Secularia
negocia i ec-
clesia no de-
bet tractari.

Peruolet extremos ultima fama cohors.
Prælia gesta quidē fors in regione Britannæ:
Præliaq; a Thurco pontica gesta truci
Illic narrantur: quoniam reuerentia nulla
Diui cultus: nec pudor ullus adest.
Discurrit baculo quoq; dormentarius albo

puer. v.

nota dorme-
tarium.

Et noua multa refert / per loca cuncta chori.
 Sape matutinas / reg. nouitate relata /
 Incipiunt: nugas cōmemorantq; nouas;
 Hoc rumore solent totū cōsumere tempus
 Soluere quo decuit cantica sancta deo.
 Feruor auaritiæ multos ad limina templi.
 Cōuocat: ob nūmos carmina rauca canunt.
 Turius usq; foret sacros uitare penates
 q̄ sic sacrilego polluere ore choros
 Extra stare uelis potius sacra limina templi
 Si placare deum garrulitate putas.
 Simplicibus prauos mōres / exempla q; praua
 Præf byteri moustrant: scandala plura mouent.
 An ne putas tali ritu te posse mereri
 Præf byter ecclesie / & dona sacrata deo?
 Nam precibus uotisq; piis laudare tonantem
 Conuenit: hic nugas pellite ab æde sacra.
SVPERBIAE OSTENTATIO.
 Sordida laus semper proprio quæ prodit ab ore:
 Hanc sapiens refugit.
 Efficit & fatuos pomposa superbia plures
 Tartara quos rapiunt
 Efficit & fatuos insana superbia multos
 Quos uehit in nostro carmine cymba leuis.
 Est uitium sceleris plenum & cunctis fugiendū;
 Sordibus excedit crimina quæq; suis
 Primus apud superos nauē hęc fabricauerat olim.
 Nequitie inuentor perfidieq; parens
 Qui genuit fatuos quosdam: fastusq; superbi
 Progeniem: ponens se procul ante deum;
 Corda rapit quosq; pomposa superbia: iactant
 Qui quoq; quod studio non meruere suo
 Dicit enim fatuus me docta Bononia pauit;

glo. c. si de
 cle. nō resi.
 li. vi.
 psal. xv.
 Ncem. xii.
 Eccle. xxi.
 xvi. q. vii. &
 ho dixim
 Act. xii.
 xxiii. q. i. oī
 bus. & c. q̄
 re ex sola
 Eccles. ix. &
 xi.
 Iudith. ix.
 psal. xc. &
 c. xxiii.
 puer. vii.
 Eccle. vii.
 Qui. meth.
 de pe. di. iiii.
 hinc etiam.
 Esaie. xiii.
 Thob. iiii.
 Iacobi. iiii.
 yi. q. i. imita
 re.



Artibus; & sophiæ dogmata culta bibi.
 Hinc dignus primâ mereor conscendere sedem;
 Atq; inter claros continuare locum;
 Alter in argiuis ludos celebrasse palæstris
 Se iactat; nouit uix elementa quidem

SVPER /
 bia

Auerte faci
 em tuam a
 muliere cor
 rupta & ne
 circûspicias
 spem alienâ
 pp speciem
 mulieris mî
 ti pierût : &
 ex hoc con
 cupiscētia q̄
 si ignis: ext
 descit. Gla
 dio proprio
 eius supbia
 âputet capi
 at laço ocu
 loꝝ suoz i
 me: & pcuti
 am eū ex la
 biis carita
 tis mea.

xii. q. ii. glia
 epi. in fine.

- Peregrina/ Si cuperes sacrae suauissima dona Mineruae
 tio non facit Carpere sufficeret theutona terra tibi:
 medicum. nul Pascit & egregios iuuenes Germania pugnax:
 la ars loco Eloquii quosque nunc monumenta uigent:
 discutit. ut Hinc tumida debes non mente superior esse
 ait. Sene. Vidisti externi quae loca magna maris
 Iohel. ii. Sed quia principium uesana superbia coepit:
 Ecclesiast. x. Hanc fugiat sapiens: effugiatque bonus.
 & xxvii. Lucifer aetherei clarus confessor olympi.
 Lucae. x. Candor erat cuius mirificusque nitor:
 xxiiii. q. liii. Corruptus fastu: caeli contemnere patrem
 quidam uer. lu/ Ausus: tartareas mersus iniuit aquas.
 ciferiani. Hunc sequitur pomposa cohors ad tartara nigra:
 Iob. xl. Ad stigas undas turba superba ruit.
 puer. xv. Lucifer & socii: fatuis nunc retia ponunt:
 & viii. Inflatas aias cum quibus usque rapit.
 psal. xvii. Virtutes cunctas: moresque superbia sola
 Sapien. v. Destruit: indecores haec facit esse uiros.
 puer. xiiii. Foemineum in primis genus ampla superbia uexat:
 Iob. xxvi. Qua se continuo uestit: & usque polit.
 Eccle. xi. Foemina quam fastus tumidus rapit atque superbus
 puer. xi. Seducit multos: inspidosque facit.
 Eccle. vii. Adsit in exemplum Iudith: qua dux Holofernes.
 Eccle. xix. Interit: quis foemina casta foret.
 puer. v. Iesabel ungebat faciem uultumque fucabat:
 holofernes. Dum putat insigni posse placere Iehou
 Iudith. ix. Est mulier uitanda proca: sapientia clamat:
 Iesabel. iiii. Lasciuus oculis pectora casta necat.
 Regum. ix. Foemina uera humilis titulos sectatur honoris.
 Eccle. xiiii. Laudibus & fruit foemina casta bonis
 xxvii. q. v. Bersabee si non nudasset crura uenusta:
 nec fatom Rex dauid: facinus non subiisset atrox.
 puer. xiiii. Plures seducit fastus: mentisque superbae.
 Eccle. xxv. Gloria: quae fatuos iam sine fine parat.
 ii. Reg. xi. At deus omnipotens mentes: animosque superbos.

Fastidit: poena persequiturq; graui
 Felix cui nōdū uesanni gloria mundi
 Imperat: aut qui non ambitione cadit.
 Cogitat æterni quæ sit possessio regni:
 Angelici lapsum cogitat atq; chori.
 Rebus in externis nil sordida nomina quærit:
 Contentus paucis; & moderata colit.
 Luciferi casum fatui experiuntur inertes.
 Præcipiant stigiis corda superba uadis.
 Dū sibi/dūq; suis: chorēq; Darhanq; Abyronq;
 Officiū usurpant: ferreq; thura parant:
 Scandere dū fecit: uesana superbia stultos
 Deglutiit uiuos terra reclusa uiros

DE VSVRARIIS ET FENERATORIBVS.

Quos usura uorax rapit / & malus ardor habendi.
 Ad naues fatuas propere / strictosq; rudentes
 Hi sunt qui spoliant inopes; hi scœnera iactant:
 Vendū: rursus emūt / rapiunt / sed merce dolosa.

Peior adhuc superest: fatuorum & turba probrosa.

Quā cupiūt satyri dilaniare canes
 Est nimiū mēdax: est sordida / turpis / auara
 Fit nullis opibus hæc satura innumeris.
 Pestiferam hanc turbam iuris torquere potestas
 Debet: & ad meritum perdere supplicium.
 Digna quidem flagris: rapidissima turba peculi
 Nudare exutos impietate studet
 Atq; auidis nūmis cumulat frumenta: merūq;
 Frugibus aggestis horrea plena facit
 In cella atq; penu spumantia uasa phalerni
 Continet: & cererem / & grana uetustā nimis
 Sola tener frāgum / uini quoq; pessima turba;
 Ciuibus innumeris quod latis usq; foret
 Nil metuit superos: nil fulmina dira tonantis;
 Per scelus atq; nefas sordida lucra parat

Eccles. x.
 Iohel. ii.
 Nume. xv.
 Thobie. iiii.

Iob. xli.
 Esa. x. xiiii.
 Nu. xvi.

psal. cy.

puerb. xx.
 Lucæ. v.
 Inno. in. c. i.
 de usu. Bal.
 in auten. ad
 hæc. C. e. ti.
 xiiii. q. iiii. p
 totū. c. i. de
 eme. & uen.
 Eccle. xlii.
 Esa. xxxiii.
 Ezech. xiii.
 Abacuc. ii.
 xiiii. q. iiii.
 c. nonū & c.
 se. & c. pen.

VSVRA /
Rii.

Exigua da-
bit: & mīra ī
properabit
hodie fauo-
rat quis &
cras repetit
& odibilis ē
hō hmōi.
Mutuū dan-
tes; nihil in
de sperātes.
Si q̄s usurā
accipit rapī
nā facit uita
non uiuit



mathe. xxiii Parturit illa famē foedissima turba sitimq̄;
Leui. xv. Et plures inopes impietate necat.
Deut. xxiii. Iustior & melior nunc est recutita caterua:
Exod. xxii. Usuram quā quis exigat illa grauem:
Hier. y. At magis est scenus tale intolerabile: quod nunc.
Nostrates rapiunt; christicolūq̄ genus.

Pellitur a nostris iudæus finibus exul:

Sunt quia christigenis fœnora uota uitis.

O q̄ dura nimis nudos exactio uexat

Nūc homines: inopis proferat hasta latus.

Quos trahit usuræ quæstus: lucrūq; dolosum;

Arдор aua: itia quos trahit/atq; sitis

Non fœcunda petunt telluris semina: uites

Exoptant steriles; ut fluat inde fames

His quia frumenti: rerum est & copia cornu;

Mox ridet: si fors culmina grando ferit.

Sunt spurci penitus: qui turpia lucra requirunt

Alterius damno: diuitiasq; legunt.

DE VANA SPE FUTVRE SVCCESsionis .

Rebus in externis est qui successor haberi

Sperat; & alterius de funere gaudet acerbo

At sæpe ante illum mortē prægustat. & is quem

Ad tumulū deferre putat: sepelitur ab illo

Quis fatuos tollerare queat / quos ardor habendi

Protinus insanos; insipidosq; facit?

Qui cupit alterius reꝝ successor haberi

Et bona nancisci / qui cupit alterius:

Expectet fatum: quod dissolutio uitæ est;

Successor fieri qui cupit alterius.

Sed quia mors hoium manibus nō ponitur ullis

Cernimus hos fatuos sæpius ante mori.

Alterius mortem sperantibus; accidit inq̄.

Sæpe prius mortē ut præcipitanter agāt.

Nōne furor stolidus: mortē sperare propinqui.

Vilibus in rebus heres ut esse queas?

Spes tua uana nimis: quoniã tua funera nescis.

Te sequitur pedibus mors properata citis.

Narragonum in patriam te præceps ducet a sellust

Quem trahis: ut fatuos possis ubiq; seqni.

Spes est quæ nutrit: spes est quæ pascit iniquos;

Spes reficit dominū fallit & ipsa suum,

Luca. xix.

psal. lxxi.

Ecc. xxvii

xiiii. q. iiii.

nec hoc &

c. se. & c. q.

c. q.

de cōces. l. p.

bē. c. ii. & c.

ne captade.

eo. ti. lib. vi.

I. stipulatio

ff. de uerbo.

ob. l. qdā. ff.

de dona.

Eccle. xxxi.

Treno. v.

Esaia. xxx.

i. thim. vi.

puerbi. xx.

Eccle. xliiii.

Hiere. xii

Sapien. iii.

Eccle. vi.

OPTARE
alioꝝ mor/
tem.

In mortē al
terius spem
tu tibi pone
re noli.
Hereditas
ad quā festi
nat i pnci/
pio; i nouis/
simo bñdi/
ctōe carebit
Expectatio
iustoꝝ lati
tia; spes aut
īpioꝝ pibit



Eccle. xxx/
viii.

puer. x.

Osee. ix.

puer. xii.

quis possideas robuste membra iuuentæ.
Viuida: sis fortis/ sit tibi sana cutis
Attamē expectat te formidabile latum.
Morte cadunt iuuenes/ decrepitiq; senes
Sæpe pater nati mæstissima funera luget;
Ergo spem fatuā crassaꝝ uota capis.

ex Priamus natos fortes occumbere uidit:
 Quos tamē optabat tunc superesse sibi
 Absolon/egregii dum sperat icepta parentis
 Nō dū maturus funera mæsta dabat.
 læredē quādoq; facit:mors pallida:quē non
 Sperabas:fatuos fata futura latent.
 Non super humanis rebus/spem ponite uestram
 Sperandum est soli uiuere posse deo.
 pes ea stuita ninis/semper sperare caduca:
 Et non quo tandem siltere fine uelis.

NON OBSERVARE DIES FESTOS

Qui diem festum meritis decoris
 Non colit:tractās auidos labores.
 iumæ currum/fatuāq; rhedam;
 Scādere debet

Oh pudor in cæcis nunc gens humana tenebris.
 Ambulat:& sani nil modo cordis habet
 data christicolis supremi gratia rectis:
 Vt noscant fidei per documenta deum.
 etiq; deo sint ad iua regna uocati:
 Qui tamē illius dogmata nulla colunt.
 ieta fides cultu nunc flaccida facta pudendo.
 Vix specimen priscum continet atq; decus
 ntifices sanctiterias statuere solēnes;
 restaq; sanctorū/sacrificosq; dies.
 quibus æterni resonarent cantica patris
 In quibus angelicus concineretq; chorus
 d quia curamus plus uani ludicra mundi:
 Et plus sordiduli corporis illecebras:
 egligimus fidei specimē:ritusq; decoros:
 Curamus legum mystica sacra nihil.
 factis agim'is conuiuia crassa diebus:
 Continuis crapulis coelica festa madent.

Priamus
 de quo
 Iuuenalis
 Absolon
 ii. re. xviii.
 hiere. viii.
 Nūe. xxv.
 psal. xxxvi.
 Eccle. iiii.
 pue. xxviii.
 Eccl. x. &
 xix.
 Psal. liiii.

Exodi. xx.
 & xxxi.
 Leui. xxvi.
 Iohā. xvii.
 Deutro. v.

Hier. xvii. d.
 fer. c. i. & ul.
 Ce. ti. l. oēs
 de condi. di.
 iiii. c. i.
 xxxiiii. q. h.
 odi. de con.
 dif. i. in die.

NON ob-
seruare dies
festos.

Memē to ut
diē sabbati
scrifices. Se-
prio enī die
ē sabbatum
dñi dei. Sex
diebus opa-
beris & faci-
es oīa opa
tua. Septia
dies sabbati
est. i. est req-
es dñi dei
tui. Nō faci-
es i eo quic-
q̄ opis &c.

xxiiii. di. cū
liceat.
xxiii. dif. his
igit̄.
xliiii. dif. nō
oportet
seneca ad lu-
cil. i. epla.
xviii. c. placi-
ta. xiiii. q. iiii.



Ocia cūm dantur feriæ & mortalibus illi
Non prece, nec templo: at ebrietate litant,
Antea q̄ festis reſerat̄ porta diebus.
Eccleſiæ: populis uncta taberna ſonat
Ille bibit ſtomacho ieiuno deuorat alterq̄

BIBLIOTECA NACIONAL

BIBLIOTECA AMERICANA

11005 11005 11005

Anteq̄ templi limina sacra uidet.
 Quæ non concessis uolumus tractare diebus
 In celebri cupimus continuare die.
 Dum serit in templo fidei præcepta sacerdos:
 Assum atq; elixum uinaq; larga glutis
 Non nisi thuriferas concædis potus ad aras
 Orando ructas: euomis atq; preces
 Stulte labor manuū sacris cessare diebus:
 Conuenit impositis disce uacare bonis
 Sabbata sanctifices: cecinit tibi pagina christi
 Sepositis rebus: hæc sacra sola cole.

LARGIRI ET PENITERE

Qui dolet & meret propter quod uertere nequit
 Est fatuus: quoniam cura torquetur inani
 Præterea est stultus: qui dum largitur amico.
 Penitet: hic donum perdit: meritq; prophanat.

Quid sit largiri: quid sit donare docebo
 Virtus magna quidem est: si pietate facis.
 Mentibus humanis gignit solatia læta.
 Hæc uirtus si quid dexteritatis habet:
 Munera qui placidis manibus largitur amico:
 Donat & emerito præmia digna uiro
 Laudibus egregius: fama est cantandus & acri.
 Is uirtutis item nomen habere potest.
 Ille tamen fatuus: qui cum largitur amico:
 Penitet hūc nulli muneris atq; dati.
 Sæpe etiam donat hilari non mente bonaq;
 Pollor at in facie: tristitiefq; seder:
 Atq; datum propter fatuos euellere crines
 Audet: & iproperat quæ dedit ante cito
 Munera perdit iners: nam grates soluere nemo
 Huic cupit: ingrata qui bona mente facit
 Ille tamē peior: pro christi qui dat amore;

De cō. di. iii
 irreligiosa.
 i. Thuf. v.
 Act. ii.
 esa. xxviii.
 Hier. xvii.
 Leui. xxv.
 Marci. ii.
 Io. ix.:

glo. i. c. i. de
 dona. xxiii.
 q. vi. ex his
 omnibus
 n. Corin. ix.
 Ecclesia. xii
 Iob. ultri.
 Ad col. iiii.
 ad heb. iiii.
 Eccle. xviii.

Eccle. xx.

CVM TRI
sti uultu do
mare.

De facile læ
ta: sine lati
cia faciei qđ
dederis per
dis rē meri
tūq; rei. Hy
lare darorē
diligat deus
Beatius est
sp̄ dare q̄ ac
cipere



Pœnitet atq; operi: muneris atq; cito
Quippe deus fatuo non semper prœmia: mox ue.

Eccles. xxv. Transmittit: sapiunt libera dona deo

Cârlico. viii. Nam deus oipotens hominis nil munera curat

Eccle. xiiii. Ast homini donū pensitat ipse s̄ u.

Læticia uultus/inopi qui donat amico;
 Largiturq; bonis ex pietate uiris
 Consequitur laudes:& grates semp habebit.
 Optima de grato munera corde fluunt.
 Pinguius interea fatuū quoq; munera semper
 Qui capit; ingratus attamē usq; manet.
 Spurcius nihil est ingrato: nil quoq; peius
 Hoc uitio rapitur maxima turba nimis.
 Vir bonus & sapiens grato cito donat amico
 At studeat gratas ille referre uices.
 Si donare uelis: fluat hoc ex corde benigno.
 Sic dabitur meritis gracia prompta tuis.

DE ACCIDIE VITIO.

Desidia uitium toto dominatur in orbe:
 Segnitieq; hominū nunc genus omne premit.
 Corpore seruoq; torpent / fugiuntq; labores:
 Somnia agunt uetulae: sed precium accipiunt

Torpor sit quis mentis destructio cūctis
 Pernicies: tamen hunc sedula turba petit.
 Vnde etiam accidiam uitium prægrande putamus
 Ex cuius gremio proh mala magna fluunt.
 Quem premit usq; adeo torpenti in corpore languor
 Accidia. aut cuius marcida mēbra iacent:
 Desidiam propter nequeant q; uoluere crura;
 Sed patitur lassos / igne perire pedes.
 Est fatuus uecors / & nigro stigmatate dignus.
 Præstet ut exemplar desidia usq; suæ:
 Desidiosus homo cūctis incōmodus horis
 Luminibus fumus ceu malus esse solet.
 Assidue solitus flāmas seruare camini;
 Obstat enim sibimet solus ubiq; piger.
 Foelix qui iusto exercet sua mēbra labore;
 Et manibus panem queritat usq; suis

puer. iii.
 Ecclesi. iii.
 pue. xxviii.
 Seneca de i
 gratitu.
 tullius i of.
 Sapien. xvi.
 Eccle. xxix.

ii. thimo. iii.
 Luca. vi.

Beatus tho.
 pte. i. q. lxiii
 ar. ii. & ii. ii.
 q. xxxv. ar.
 ii. & in. q. de
 malo .q. ii.
 arg. ii.
 puer. vi.
 Sapien. xv.
 puer. xv. &
 xxvi.
 puer. xviii.
 puer. x.
 Eccles. x.
 puerb. xx.



ACCIDIA
 Sōniferū se
 mē spargo
 atq; papa//
 uer:ur inde.
 Dormiat &
 cēses dor//
 miat usq; pi
 ger . uult &
 nō uult pi//
 ger. aīa autē
 opantiū ipi
 guabit. Si
 cut acetum
 dentibus &
 fumus ocul
 sic piger
 his q; mise//
 rūt eū . usq;
 quo piger
 dormis quā
 do cōsurges
 e sōno tuo
 paululum
 dormies
 paululum
 dormitabis
 & ueniet ti//
 bi quasi uia
 tor egestas.
 puer. xxi.

Sed deus hunc punit tormento saepe cruento.

Quem premit assidue torpor & accidia.

Premia largitur deus optimus ampla labori

Non is manducet quiq; labore caret.

Accidiae uitium metuenda pericula mundo.

Intulit: ad facinus principiūq; dedit.
 Rex Dauid torpore graui / & cū deſide uita
 Factus adulter erat / atq; homicida ſimul
 Roma labore uigil / fregit Chartaginis arcēs
 Deſidia interiit Roma ſubinde cito;
 Poſtq; militia & belli ſudore uacabant
 Romani; & nuſq; bella uel hoſtis erat
 Accidia & luxu / robur Romana iuuentus.
 Perdidit hoc cecidit inſcyla Roma modo
 Nam prius externis pugniſq; & marte feroci
 Paſcebat fortes bellica Roma uiros,
 Sed poſtq; luxu fracta eſt: ueneriq; parentans;
 Illecebris / uires perdidit illa ſuas:

DE EXTERNIS ET INFIDELIBVS FATUIS

Hic poſui externos fatuos / qui nomina geſtant
 Stultitiæ: noſtriſq; fidem inſipientibus addunt.
 quī nō digni nobiſcum ſoluere nauem:
 Sunt tamē ad fortem puppis numerūq; uocati .

Ecce ſed externi fatui ſub ſellia ponunt
 Ut poſſint pictæ nauis habere locum
 Inſuper occurrit fatuorū maxima turba:
 Quæ pene & terras & freta cūcta tenet
 Quos ideo externos reputo / quia ſunt procul extra.
 Septa dei: & ueram catholicāq; fidem
 Negligere hoſ potui: tenebrisq; relinquere; quid nam
 Ad noſ de fatuis quos foris error habet?
 Sunt adeo cæci: nullo medicamine poſſunt
 Sanari: ut linquant quos coluere deos
 Liberius fuerat gentes tranſire ſilendo-
 Sordifluas: quarum pectora dæmū agit.
 Tantus item numerus: tanta eſt fera turba / cohoriſq;
 Stultoꝝ fidei quæ ſacra iura negant;
 Ut nequeat cūctos pui mēbrana libelli;
 Complecti; ſectas eſt meminiffe ſatis

& xxii.
 Iob. y.
 Eccle. ii.
 Eccle. li.
 ii. Theſſa. iiii
 ii. Reg. xi.
 Augu. dz
 Roma
 Appianus

Oui. in faſ.

Eccleſi. x.
 ii. Corin. iiii
 & vi.
 Sapien. xiiii
 i. Corin. vii.
 ii. q. i. multi
 de diuor.
 gaudemus .

xcii. di. plu/
 rimos . xvi.
 q. i. in cano
 nibus


DE EXtra/
neis fatuis .

Generatio
hæc puerfa
ē & i fideles
filii. In cras/
fatus ē: dila/
tatus & re//
calcitrauit. i
crassatus im/
piguatus di/
laratus. d're
liq̄t deū fa/
ctore suū &
recessit a dō
salutari suo
puocauerūt
eū i diis alie/
nis & i abo/
minatōibus
ad iracūdiā
cōcitauerūt



Thurci.
Saraceni
Tarta: i

Thurcorū gens prima locum stultos tenet inter
Atq; Saraceni: Tartareiq; canes
Quos Mahumatanae legis tenet impius error:
Aphrica quo tota est capta: Asia atq; potens
Magna quoq; Europæ iuncta est modo portio: nauis.



Qua mō nostra uehit: Sarmaticosq; Scythas
 Secta Bohemog; fidei ludibria tractat;
 Et morauis nolas stultitiæ illa dedit

Qui merito in prima fatuog; puppe locantur
 Stulei etenim ignaui dogmata falsa colunt.
 Pragenſis ſchola præcipue/ quæ fulguris inſtar
 Decidit a ſummo/ ſponte ſciensq; gradu.
 Cōmemoraſſe uelim cūctos qui dogmata falſa;
 Ararūq; colunt uana miniſteria;

Noſtra quibus ſacra religio/ ueneranda fidesq;
 Cenſetur mendax/ falſa/ prophana/ leuis.
 Inter eos fatuos memorē quoq; mortæ cruenta
 Aut laqueo frangunt: qui ſibi ſponte gulam.

DE FIDEI CATHOLICAE/ & iperii iclinatōe.

Vos o chriſticolæ proceres/ ex corde precamur
 Qui manibus ueſtris fidei monumenta tenetis:
 Conſilio magno/ reꝝ ppendite caſus.
 Et mihi ſtultigeram: quā mōſtro relinquitē mitram

Dum meditor lapſus: quales reſ publica chriſti.
 Perfert: & fidei damna uerenda ſacræ:

Innumerus cogor lachrimis propere ora rigare
 Et gemitu fortē plāgere ſæpe grauem:
 Luctiferis deceat contungere pectora palmis
 Feraliq; tuba grande fugare nefas.

Nemo adeo durus: nemo tam ſaxeus uſq;.

Qui non hos caſus lugeat atq; flet.

Eccleſiæ uideat cū ſic decreſcere ſedem;

Quādoquidē in lapſu ſacra cathedra iacet

Roma caput mundi nutat/ tremit/ atq; labefcit.

Debilibus uehitur forſ modo noſtra rotis:

In miſeroq; gradu chriſti reſ publica paſſim

Fluctuat: & ſubita mobilitate fremit.

Dogmata non ſolum fidei: legesq; ſacratæ

Decreſcunt: ſed enim ſanctio quæq; ruit.

Scythe
 Boenu
 Moraui

Praga

Heretici.

C. de his q
 ſibi mor.
 cōſci. l. una
 xxiii. q. v.
 placuit

i au. ut iud.
 ſine quo
 ſuf. i pñ. col
 la. ii. i au. ut
 diui iuſ. in
 pñ. col. viii.

Roma de q
 Lactātius

DE RESPU
blice christi
ane interitu

Oēs uobis
dies ac no-
ctes cōrigat
cū oī lucu-
dratōe & co-
gitarōe de-
gere sp uo-
lentibus: ut
aliquid utile
& placēs dō
subditis p-
beat: & no-
ctibus sub
æq̄litate die
rū uti: quo
uobis subie-
cti sub oī q̄
ete cōsistat
solicitudine
liberati: nec
cessare inq̄-
rere si quid
sit &c.



Cā destru-
ctōis fidei.

Mathe. viii.

In culpa procures sunt: & torpentia corda
Regum: qui manibus bellica tela gerunt.
Hi fidei quibus clypeum: sceptrum: armaque portant.
Lumine sed patulo: tristia fata uident.
Nemo rapit galeam: nemo iam classica pulsat;
Magnanimo nullus pectore signa gerit.

Vt modo romanã defendat Marte parentem.

Nauiculam petri uentus & unda quatit

Vna fides christi toto uenerabilis æuo.

Quæ potis est cunctos sanctificare uiros

Nunc titubat: lapsumq; timet: subitãq; ruinam;

Et casus metuit præcipitanda truces.

Arma parant contra peruersã Martia gentes

Ecclesiam; tumido quæ tremit acta freto.

Vix tenet illæsam christi respublica sedem:

Cladibus at tandem: mox quoq; lassã ruet

Impugnat Thurcus Scythicis primũ ortus ab oris

Ecclesiã Petri dilaceratq; fidem.

Impia iura dedit Mahumetus pseudo propheta

Gentibus immodicis legifer ille fuit:

Pæstiferas totũ sectas diffudit in orbem:

Atq; Arabis primũ dogmata falsa dedit:

Inde Asiam inuertit maiore: Afriq; sequuti

In sua iurarunt impia uerba uiri

Soldanũ Aegipti Maurosq; & Thartara regna

Et cladem fidei Thurcum habet ille sacra:

Qui geticis niuibus quondam contentus; & aruis;

Sarmaticis pontum nunc habet ionium.

Bosphorus at Thracia: septẽ quoq; regna Trionis

Nec fuerant Thurco regna paterna satis

Perdidimus Lybiæ gentes: Asiãq; minorem.

Quæ quondã coluit dogmata sancta patrum

Europæ multos populos amissimus e heu.

Hungarus atroces sensit adesse manus.

Dalmata mortiferos insultos sæpe cruento,

Marte tulit: Thurcos dispulit atq; truces

Raro sed auxiliũ christi de milite sensit

Deserimus fidei culmina sponte sacra.

Heu nihil accrescit nobis: sed cuncta labascunt.

Decrescit uirtus; marcet ubiq; fides.

Thurcus

Mahumetũ.

Arabia

Asia

Affrica

Thurcus

ex caspiis

montibus

Bosphorus

Thracie.

Lybia

Asia minor

Hungaria!

Dalmatia

- Here. ix. Tristibus in lachrimis quis non hoc flebile fatum.
 Treno. ii Plangat caesariem dilanietq; suam?
 Graecia Perdidimus Graios fidei quos dogmata nostra.
 Thracia. Continuare diu: perdidimusq; Thraces
 macedonia. Subiuga Thurcorum Macedon transiuit: Achinus
 Achria Ceruicem pariter ad iuga dira dedit.
 Thessalia Perdidimus Spartam; Thebasq; & Thessala tempe.
 Mysia Nos Mysias nuper perdidimusq; duas.
 Cōstātinō / Gallata nūc seruit; noua Romaq; caesare digna.
 polis. Imperium amisit / cum Trapezonte suum
 Trapezos. Quid iuuat innumeras chartis memorare ruinas
 Istria. Christicolis pudor est sic cecidisse fidem
 Pānonia. Oīa Thurcus habet: nec enim est contentus in illis
 Illyria Quæ male possedit: nos quoq; habere cupit.
 Apulia Non satis Istricolos Styriosq; & Pannonia rura
 Italia. Tutari a Thurco gens modo nostra ualet.
 Sicilia Illirici trepidiant; insultus appula rura.
 Thurcorū metuūt: Itala terra tremit.
 Danubius. Vix se defendet fumantibus et hna cauernis:
 Enceladi ceruix sentiet illud onus
 Rhodos. Ister & indomita Suauorum ab origine natus:
 Thurcoq; metuit nunc tolerare lugum.
 Baiazit Sancta Rhodos defende fidem: mahumetica sacra
 Ildrimi. Dirrue: saluificā contueare crucem
 Bagiazit princeps sua gens quem nomine diro.
 Ildrimi uocitant: arma seuera parat
 Horriferis bellis nostras contendit in oras:
 Et properat sanctam uertere ubiq; fidem.
 Percitus est furiis: facies præincta colubris
 Eumenidū: cordi bacchicus ardor inest:
 Sanguine christicolos laceratq; & morte cruenta
 Afficit / abducit: carcerat / interimit
 Fsaia. lvi. Ista sitis Thurcis satiatur sanguine nullo:
 Ecclesi. xii. Marte fores pulsat christicolūq; lares:
 Roma decus fidei; Petri sanctissima sedes.

Ni caueas: lacera fronte capistra geres.
 Euomit en rabiem toruam hæc Acherontia secta
 Et furit ut laniet teq; sacrâq; fidem
 Heu lupus innocuū pallim consumit ouile
 Et uorat infontes dissipat atq; uiros
 Diripit infantes matres castasq; parentes.
 Enecat: imberbes cū senibusq; rapit.
 Torpor habet mentes nostras: præcordia mercent
 Perpetuusq; premit pectora nostra sopor.
 Nos apud indomiti lex est & copia Martis:
 Sunt & magnanimi / signiferiq; duces:
 Sunt uires animi: sunt & conamina belli:
 Consiliū prudens: ingeniūq; ferax
 Attamē imanes parimur procædere Thurcos
 Perdimus & nostro crimine sponte fidem.
 Dormitant rege: / proceres: palinurus in undis.
 Mortiferis recubat / qui caput orbis habet:
 Dormitat nunc Petre tue ditissima sedis.
 Turba: patet Thurco dilanianda fides.
 Nemo uerat scæuire trucem per regna / per urbes /
 Hostem sponte sua quisq; petire cupit.
 Europæ magnâ partē perfregit / habetq;
 Extenuat nostrâ uictor ubiq; fidem
 Thurcoq; rabiē tā crimina nostra merent:
 Ob scelus atq; nefas poena luenda uenit.
 Diuitias colimus: nūmis cōponimus aras
 Exulat & uirtus: exulat alma fides
 Auri sacra fames: rerū quoq; uana libido:
 In pœnas meritas pectora nostra trahunt.
 Cœlica: pulsa quidem terras astræa reliquit.
 Et partem imperii nunc sibi quisq; rapit.
 Olim Roma potens: patres / fideiq; sorores
 Quattuor elegit: cum quibus esset honor:
 Sacratas solymas: urbem a nomine dictam

xliiii. dist.: sit
 rector. & c.
 ephesus.

c. quis de re
 gu. in. in au.
 psal. lxxv.
 Nau. iiii.
 Esaia. li.

Qui. & in
 phe. greg.
 Eccles. xliiii.
 Ioh. xix. c. i
 ter q̄ttuor d̄
 ma. & obe.
 ca. nimis de
 priui.
 Hierosoly /
 ma.
 Alexandria
 antiocha

- Fortis Alexandri: sedem etiam Antiochi:
 Constanti / Quarta soror Constantis erat noua Roma: sed oēs
 nopolis. Has premit imperio turba nefanda suo.
 Gentiles ire: secte: pseudoq; prophetæ.
 Exurgunt nostram contaminare fidem.
 Cæe desola Nemo uetat: rigidis sunt pectora nostra tenebris
 tōis fidei Subruta: christicole lumina cæca gerunt
 Leui s. xxvi. Hos merito lapsus ob crimina nostra seueros
 pue. xxviii. Nunc patimur: christus denegat auxilium.
 Maior in imani nunc est reuerentia thurco:
 Maiori cultu dogmata falsa colit;
 q̄ nos christicolæ legēq; fidēq; beatam.
 Fœdera rupta cadunt: pax quoq; nulla malis.
 Impietas: usura placet spoliūq; bonoz;
 In ciuē ciuis: filius inq; pat rem.
 Quilibet alterius gliscit contingere terras
 Eicit atq; alium / sede locoq; suo.
 Christicolas proceres uexat concordia discors.
 Priuata utilitas uertit ubiq; fidem
 puer. xvii. Mirandum iccirco non est si perdimus urbes
 Hier. xv Innumeras: terras / regna uetusta simul,
 Nil restat: thurcus martem mox ducet in oras.
 Nostras; nil thurcum classica nostra uetant.
 Romane ur Porta patet: uia facta palam: Roma inclita Roma.
 bis pricipia Vix tandem euades: saua procella uenit
 Hier. xxxi. Condidit initio te rex; te consul adauxit:
 ad he. viii. Mox tetigit summos uertice Roma deos
 Exhortatio Cæfareis tandē sceptris subiecta: sed inde
 Gōcordia p Libera facta nimis: mox quoq; scæpra feres
 ue res scie Nemo uetat: minuitq; fidem iam noxia culpa
 scūt discor / Nostroz sceleg; conscia pæna subest.
 dia maxime O proceres latii: tuq; o Germania fortis
 dilabuntur. Vos rigidi Galli: Pannoniusq; ferox:
 Es tu papa sacer; Christi defendite nomen

Bellica uictrici stringite tela manu.
 Inter uos pietatis: sit pax/constantia/firma
 Sacra fides: nexu perpetuatus amor:
 Vnus & assensus: concordia fida: manusq;
 Iuncta sit: arripiat quilibet arma cito.
 Possumus e nostris procul hinc expellere Thureum.
 Finibus: & christi sic stabilire fidem.:
 Spes quoq; adest nostris firmissima gentibus una,
 q; sceptrum imper. i Maxmilianus habet:
 Afflictis poterit solus succurrere rebus
 Et solymas propria nunc reparare manu.
 Viribus Alcidem superat: præcellit Achillem;
 Cæsaris/hoc uno est principe: fama minor
 Nil mihi pompeius magnus: nil Silla: Camillus
 Landandi: mea laus Maxmilianus erit:
 Cæsareo dignus princeps diademate: sedem
 Ecclesiæ firmet: iperiūq; sacri.
 Victrices aquilas: uictricia signa per orbem.
 Constituet: Thurei dissipet atq; minax:
 Mox solymas: signūq; crucis: tumulūq; sacratū
 Restituet: regi cælica turba fauet.
 Sed uos germanos proceres gentesq; potentes
 Admoneo: precibus inuigilate meis
 Quādoquidē latii dominos dormire uidemus:
 Ausonidū torpent mēbraq; lassā ducum
 Dormitant Siculi reges: gallusq; superbus:
 Ecclesiæ dormit negligit atq; cohors
 Cūcta uidemus enim/scimus quoq; possumus atq;
 Nec uolumus: cūctos sponte perire iuuat.
 Ergo p̄ imanes ducatis classica gentes:
 Addite Tarpeio corpora uicta iugo.
 En aderit uobis præsentī numine christus
 Coelesti franget impia castra manu.
 Maxmilianus adest: quo maior tempore nullo.

Salustius

 Maxmilia/
 nus ipato
 sanctissimi
 romani ipr

 apostropha
 ad germāos

 Apo. xvii.
 Maxmilia/
 nus Rex 10
 manogē

Rex fuit: a digno stemmate sceptrā gerens
 Inuideat quicūq; uelit: nō iustior illo
 Principe: non heros clarior ullus eo:
 Cæsareum profert uultum in ceruice nitescit
 Maiestas: mores nobilitatis habet:
 Fraudibus attentat nihil hic: nihil ille dolosum
 Concipit: at plano tramite uita meat:
 Hunc non infani fastus: sed candida uirtus
 Eleuat: hic solus foedera pacis amat
 Hoc duce crescet honos terris: hoc principe sancto
 Possumus in tuta pace manere diu.
 Liuida corda cadent: quæ nutu saepe superbo.
 Impediūt regē: cōsiliūq; bonum.
 Exitus hos tandem triuites. tormenta manebunt
 Et sua: qui cupiunt per scelus arma sequi
 Nullus in orbe uiget princeps qui cæsare nostro
 Sit melior. iullis seruiat ergo suis
 Quilibet: & capitis mandata fidelia sacri.
 Perferat: & domino seruiat usq; suo.
 Hoc duce Sarmaticas gentes superabimus: atq;
 Euximū pelagus: hiltioniosq; lares

DE ASSENTATORIBVS ET PARASITIS.

Subdolū equū quisquis manibus palpare putabit
 Lambere uel discos: blanditq; potentibus. ille
 Assentator ut est: sequitur sic atria regum &
 Nobilium mensas: agit & fatuum parasytum.

Melior his etiā fatuis adiungere classē
 Per mare qua uehitur aulica turba procul:
 Hæc etenim propriam cupiens conscendere puppim
 Rostratæ dedimus uela cupita ratis.
 Nobilium serui cupiunt sulcare seorsum;
 In turba nequeunt continuare dolos

puer .xxix.
 Bea.tho .ii
 ii.q.cxy. di.
 c.unū.
 Terē. i enu.
 xlv. di. cccc
 quare



DE Assentatoribus.

Princeps qui libenter audit uerba mēdaciū oēs ministros hēt ipsos. Sūt qui se p̄mos oīum regū eē uolūt; nec sūt hos confessor si quicquid dicūt laudo. id rursus si negāt laudo postremo imperaui ego met mihi oīa assētariis q̄stus nūc ē multo uberior hoc nomē est aucipium.

Doctus adulator solus cupit eē potenti.
 Cū domino; & solus noscere cūcta cupit
 His igitur fatuis libū hunc cōstruximus aplūm
 Ne fraudis caperent impedimēta sua.
 Assentatores pascit nunc curia regum.

Horatius in
 epi.
 Leuitici. xix

Ecclesia. vii

- xliiii.di.c.ul. Primus apud dominū quilibet eē cupit.
 puer. xxvi. Alter enim tacitum uirus, falsoq; susurros
 Auribus infundit illecebrasq; serit.
 i. Theffa. ii. Vestibus: & domino cōplacuisse suo.
 Eccī. xxviii. Est alius mulcens sermonē mēte dolosa
 Prolatū: & fraudem mi scet ubiq; suam.
 Iuuenalis Dulcibus eloquiis, & uano murmure stultus
 ff. d' her. isti. Palpat herum: ut citius uera relata putet.
 l. capratori Delectat multos aliena uiuere quadra.
 af. lxxxiii. di. Diuitiis uncta quibus nempe culina sapit.
 nihil. xi. q. Efficiunt plures mendatia fordida dites:
 iii. nō perit Quisquis adulator primus in arce sedet:
 Ecclesi. xxi. Doctus & ad flatu uentorū obducere pallam
 gl. i. l. i. C. si Sit quoq; se cūctis assimilare dolis.
 q aliquē tef. Iam datur insignis locus his: qui uoce bilingui.
 per. Per patulas aures spargere uerba sciunt
 Ad roma. i. Multi assentando præconia clara merentur
 psal. xl. Nam domini ingentes fallier usq; uolunt.
 Eccle. xii. Nemo iam gratus: nisi qui proferre susurros.
 xlyi. dif. sūt Occultos didicit: & noua multa loqui:
 nonnulli de Sed quia peccatū comitatur noxia pœna:
 his quæ fi. a Calcitrat hos tādē fraus sua & ungula equi
 ma. par. c. q̄ DE DELATORIBVS ET OBLOQUutoribus
 siuit. & i gl. Hic animū leuitatis habet / qui credere uerbis:
 Omnibus usq; solet: patulasq; accomodat aures
 Nam nebulo mēdax: balatro quoq; perfida fundunt.
 xi. q. iii. non Verba: parant hoīum lites plerūq; molestas
 solū. xxx. q.
 y. nullū. gl. Vix ego præsentēs fatuos ad transtra uocassē
 pe. xvi. q. ii. Si uicina raris non petiisset eos
 c. i. lxxxvi. Hoc genus indignum primā nūc occupat arcem
 di. si quid In mundo: quoniā credula uerba canunt.
 Eccle. xix. Sed tamē est fatuus: facili qui concipit aure



Quicquid multiloqui prodit ab ore uiri
 Stultitiæ signum crasso de pectore profert;
 Auriculæ cuius ad mala uerba patent
 Stultus enim patulas uerbis accommodat aures;
 At sapiens stulti subdola uerba fugit
 Magnanimus non est alium qui uerbere duro

p ii

FACILE
credere

Nîmia faci-
 litas creden-
 di uitupera-
 tur. Nõ solũ
 ille reus ẽ q
 falsũ de alio
 pfert: sed ẽt
 is q aurẽ ci-
 to crimini-
 bus prebet.
 Nullũ ante
 uerã iustaq;
 pbationẽ iu-
 dicare aut
 dãnare dbe-
 mus. Mala
 itaq; audita
 nullũ moue-
 ant: aut pas-
 sim dcã abf-
 q; certa pro-
 batõne qsq;
 unq; credat
 sed ante au-
 dita diligen-
 ter inquirat
 hester .xvi.
 puerb .xiii
 Iosue .yi.

- puerj. xxiii. Percutit a tergo; nec monitum ante: ferit
 Hic etenim incautus/ nescit sibi ferre salubræ
 Præfidiū in dorso nā quia uulnus habet
 Dulce magisteriū est uerbis nūc prodere falsis;
 Et iustum insidiis deprimere ore uirum
 Hoc uitium quicūq; cupit tractare pphanus
 Proditor; iniustus & maleficus erit
- Ecccl. xxyiii. Delatoris enim fugiat mendacia/ qsq; quis
 in fine Viuere perpetua cū pbitate uolet
- ii. Thef. ii. Lingua nocens tacitis præcordia casta uenenis
- puer. xviii. Inficit; & tremuli conterit ossa uiri
- Eccle. viii. Hoc uitio absencis/ patri turbantur honores;
- Sapien. ii. Hoc uitio siquidem crimina multa fluunt.
- Eccle. xviii. Heu super alterius causam sententia fertur
- puer. xxix. Sepius iniuste; lex quoq; falsa nocet.
 Accusatus enim falso; nō ante citatus
 Tutari cām quomodo rite potest.

- Hester .iii. Hoc Mardochæum uitio/ olim perfidus Aman.
 miphibo Detulit; at tādē premia digna tulit.
 serh. Credulitas natū Saulis pulsauerat olim
- Reg. xvi. Nā delatoris crediderat uitio
- i. Mach. x. Magnus Alexāder faciles nō prebuit aures
- Esa. xxyiii. Verbis; credulitas nā celerata nocet.

DE FALSARIIS ET FRVDVLENTIA.

Alchimia docet fallax; corruptio uini &
 Quas fraudes hoīum perfidus orbis agat.
 Omnibus in rebus fraudis falsiq; doliq;
 Cūcta scatēt uitio tuta nec ulla fides.

- Iā nisi cētenas tribuār in carmine uoces
 Cōtra alchi Castalia; totidē linguas; uiresq; potentes
 mistas. uide Dictādi; nequeā falsos componere stultos
 tex. i. ca. epi Copia magna quidē est illoq; magna caterua.
 circa fi. xx/ Inde opus est iatibus/ plures superaddere classes
 vi. q. v.



DE FALSA
rius regꝝ om
nium

Valeant al
chimistæ
qm̄ spēs re
rū trāsmuta
ri nō possūt
Quisqꝫ er
go credit
posse fieri a
liquā crea
turā aut in
melius aut
ī deterius i
mutari aut
transforma
ri in aliam
spēm uel in
aliā silitudi
nē: nisi ab
ipso creato
re qꝫ oīa fe
cit & pꝫ quē
oīa fca sūt p
culdubio īfi
del ē & pa
gano deteri
or.

puer. xi. &
xxix.


Vt per longinquas sulcent me remige terras:
Et spargant passim merces fraudesqꝫ dolosas
Sed genus est uarium quod fraudibus inficit orbem:
Falsus amor fallit multoꝝ credula corda:
Nempe latens gestat sub lingua saepe uenenum

p iii

- Eccle. vi. Falsi etiã & ficti nunc inueniuntur amici
 Eccle. xxxvii Fraudibus immixtis qui dulcia quæq; loquuntur
 puer. xii. Quæ longe a uero & sincero pectore distant,
 Eccle. viii. Cõsiliũ falsum largitur præmia multis.
 & xxxvii. Decipiunt multos simulata & credula uerba
 Nemo cões res curat: publica facta.
 Ouidius. Marcent: in propria & metimur comoda passim,
 Germanus fratrem: fallit natusq; parentem;
 Aut fraudare cupit: nullũ est iã pignus amoris
 Mathe. vii. Religio falsos cultores sustinet: atq;
 Clericus & monachi hipocrisi/ falsiq; laborant
 Mentibus: exterius redolent: sed sub cute quid non?
 Ezech. xiii. Atq; lupi plures ouium nunc uellere portant
 Luca. xiii. Simplicitas extra fulget. sub pectore uulpis.
 puer. xviii. Contaminat totũ & nunc falsa pecunia mundum
 Argentũ minuunt: miscent quodcũq; metallũ;
 Hieremiæ v. & vii. Auri confundunt spem: gemasq; dolosas.
 Pro ueris uendunt: numus sua pondera nescit.
 Eccle. xxvii Est fraus in numero: mensura & pondere reges
 Virgilius In uino fraus est: merx est nunc omnis iniqua
 iiii. enu. Nulla fides hominum: fraudes sibi qsq; latentes
 puer. xx. Tractat: & in rebus fallatia nomina querit.
 Deutro. xiii Felix ille quidem est: qui fraudes effugit omnes
 xxvi q. v. Pauci inq; fidi nunc sunt: minimiq; fideles
 in si.

DE ANTICHRISTO.

- Iam nauẽ celeri cursu præmissimus altam:
 Qua uehirur tacitus fraudibus acta cohors
 Nauis adhuc plures circũ subsellia currunt
 Stulti: qui cupiunt soluere uela manu
 Qui sint: & quales/ q̃ plures forte requiris
 Quos coner meritis dilacerare notis
 Mat. xxiii. Pace loquar: ne fors uerborũ turba malore
 Marci. xiii. In tenerã pergat tendere tela ratem:
 Chriticolas falsos refero: pseudoq; prophetas,
 Qui christi/ falso pectore/ sacra colunt



- Quiq̄ aliter sacras leges & dogmata uersant**
 q̄ textus planus edocet atq̄ sonat:
 ix. di. ego. c. Clauigeri petri nauē lacerosq̄ rudentes
 si ad sacros Frangunt: remigiū dilaniantq̄ sacrum.
 xxiiii. q. iii. Fluctuat ergo ratis tumidas agitata per undas
 heresis Inuastoq̄ freto naufraga uela iacent.
 Acti. xxvii. Interpretes falsus: leges & pseudo propheta
 puer. xxx. Diuinas uiolant: contaminantq̄ fidem.
 Marci. iiii. Nec sese tātū falsis erroribus implent:
 mathe. viii. Nec propria in faciē dogmata spurca uomāt.
 Hiero. i. plo Decipiunt alios: & legum semina spargunt
 go bib. xxx. Passim: sed tales noxia poena manet.
 vii. di. flatu. Sunt nobis fideli lepido monimenta nitore
 Apoca. xx. Præstita: quæ mentes saluificare queunt
 ii. thimo. iiii. Planaq̄ sunt: uerbis non interfusa dolosis:
 ix. di. qs ne/ Non fraudes: legū pagina sacra: tenet
 sciat. Multoꝝ mēres trahit at nunc ambitiosi
 ii. Petri. iiii. Consuetudo mali: nominis atq̄ labor
 Hiero. xxiii. Quos & doctrinæ premit arrogancia parte
 Mich. iii. Obscurant hoīum pectora nuda malis.
 xlvi. di. hoc Scripturas sacras aliter q̄ spiritus illas
 habet. xxiiii. Depromit: recitant gloria uexat eos.
 q. iii. Nonne satis fuerat te intellexisse sacratas
 here. xxxvii. Leges: atq̄ alios sic superasse uiros
 dif. c. relatu Concupis at cultus diuinos: more sinistro
 & c. uino Voluere: mutatur te duce nostra fides
 xxiiii. q. i. si Spiritus ætherea quondā dimissus ab arce
 afferamus. Protulit ad nostros hæc documēta patres.
 Ezech. ii. Hi falsam trutinam manibus gestare uidentur:
 Dogmata qui falso sacra docere solent
 Hoc læue non faciunt: nunc illud pondere magno:
 Pensant: sic sacram uoluimus usq̄ fidem.
 Qui sic defraudant fidei pia dogmata nostræ:
 Nunc antichristo præuia castra locant

Thaurosque parant quibus insatiabilis error
Ad se prauosque pectora uicta trahat.

Conuolitant multi Antichristi signa ferentes:

i. Iob. i.

Qui tentent sacra cōtaminare fidem

Qui falsas etiā secū dispergere leges

Per mundū properent: falsidicosque deos

Hi neque uerberibus tracti sauis ue flagellis:

Sponte sua illius quisque satelles erit

Eccles. x.

Adducet fatuos funesta pecunia multos:

Quos antichristi libera dona trahent

Adque ministeriū plures mercabitur ille:

Tā foedū nūmis fraudibus atque malis

Apoca. xiii.

Sed nō durabit longæuo tpe classis

Illā: sed in tumidis fluctibus acta ruet.

Corruet: & cantus rhedæque & plaustra quiescent:

Et ueri remanet lex & honesta fides.

Marci. iiii.

Nauiculā petri tempestas turbida iactat:

Et quatit extructam dira procella ratem

Lā titubat malus: titubāt quoque carbasia celsa:

Ne ruat: exitio puppis opera graui:

i. Iohan. i.

Scripturas sacras interque pretamur iniquo

Dogmate: ueridicā mergimus usque fidem.

Eccles. ii.

Ipse antichristus spaciosum misit in orbem.

Cursores celeres: qui sibi castra locent.

ii. Iohan. i.

Et falsos fidei cultus: & semina spargant.

Præuia: per gentes christicolasque uiros

Id quod præsentī uolumus sermone notare:

Nam tria sunt: fulta est in quibus alma fides:

Inno. i. c. q.

Gratia pontificis quæ sacro funditur ore

Quæ tamē ad nihilum sprete redacta iacet.

autē. de pe.

Copia librorum: qui falso interprete marcent:

& re. & i. cle.

Atque bono legis expositore carent

fi. eo. ri.

Sunt & doctrinæ: quibus & nunc gloria nulla

Ecclesi. xvi.

Prestat: tenebras discimus usque meras

puerb. xvi.

- xciii. dif. le/
gius. Copia librorū totū est iā sparsa per orbem
Pauperis & libros bibliotheca tenet.
Nemo tamē ueri sinceras diligit artes
Dogmata nemo colit nunc/nisi solus inops.
- puer. xxiiii. Nobilibus pudor est doctos uersare libellos.
Ecclesia .ii. Heu laceris Pallas mæret ubiq; comis
Gloria nulla datur studiosis:præmia nullas
Hier. xiiii. Incassum studii perdit usq; labor.
- Ecclesi. vii. Tempus adest:uenit tēpus quo pseudo prophetæ
Ezechi. vii. Oia subuertent:tempora praua patent.
- VERITATEM OBTCICERE.
- Quisquis amore/metu/precio:atq; fauore/minis ue.
Nō loquitur ueg; sed bene facta silet
Qui populo ut placeat:supplantat uera palato;
Hic antichristi/cursor/amicus erit
- xxxviii. dif.
sedulo
- psal. xxxv. Est animus multis sincerus;mensq; parata.
puer. xii. Ut possint leges christi uerūq; fate. i;
Eccle. xii Blanditiis tamē hi; uerboq; aliquando minaci
Mathe. x. Terrent:linquūtq; sacri conamina ueri
xi q. iii. quif Non recte sapiunt qui ueri dogmata:amore:
metu. xl. d. Abscondunt:trepidantq; minas.terrena potestas
si papa. xliii Est minor et hercis rebus/iussuq; deoz
d. sit rector. Ingenii dotes tribuit cui rector olympi/
Actuū. x. Intuditq; animū;cur docta mente uacillat
xxiiii. q. iii. Et trepidus ueri metuit prædicere leges?
trãfferunt. Sed quia blanditiæ multoz; pectora soluūt
Eccle. iiiii. & Donaq; missa uetant ueg; quadoq; fateri:
xix. xi. q. iii. Propterea fatuus compresso saepe labello
nemo. xxii. In populū cessat transfundere dogmata ueri
q. ii. ne quis Sed sapiens qualē depinxit musa Maronis
arbitre. Impanidus fortisq; bonum/& prædicere uerum
Virgilius & Auder; & humani generis trutinare furores.
uiro bono. quīs in Siculo crucientur corpora tauro



Ceruiicęq; super præcep̄s dependeat enſis
 Nam uere ſapiens non uana pericula mortis;
 Horret: at infixo ſtabiliuit limite uitam.
 Non iſtum dominus: nō uerba minātia terrent.
 Sed chriſti leges infracto pectore comit

TACERE
 ueritatem.

Doctrina
 ſua noſcit
 uir. q̄ aut̄ ua
 nō & excors
 ē: patebit cō
 tēptū. labiū
 ueritatis fir
 mū erit i p/
 petuū. Qui
 p̄ timorem
 occultat ue
 ritatē: puo/
 cat i ſe iram
 dei. Melius
 ē enī p̄ ueri
 tate ſuppli/
 cium pati: q̄
 beneficium
 h̄re p̄ falſi/
 tate. Qui
 cōfitebitur
 me corā hoī
 bus: cōfite/
 bor & ego
 eū corā pa
 tre meo.
 Iuuenalis &
 thauro pha
 la
 Dionifius
 thobie. iiii.
 Puerbi. xi

Iohaunes: Vitabat populi cursus/ & uana Iohannes.
 xxv. q. ix. Murmura secessus animi querebat honestos.
 ca. si. Hinc deus ad bap. sma suū descendit in undas.
 puer. ix. Blandidulis uerbis alium qui corrigit; unde
 Ecclesia. vii Exemplū capiat uitæ/ normāq; salubrē;
 Eccl. xxxvii Si te nō audit; si uultu forte minaci
 Eccle. xxi. Aspicit; at tempus ueniet quo soluere grates
 Hiere. li. Dignet; laudesq; tibi & benefacta repender.
 Mundanas propter qui res/ abscondere uerum
 Tentat; & aternis præponit cōmoda rebus
 Corporea; hic tenebris moriet' stultus in atris.

RETRACTIO A BONO

Qui uult esse ueritatis
 Cultor & beatitatis
 Semper hic aduersitatis.
 Sentiet obstacula.

Est merus hic fatuus/ stolido quoq; sanguine plenus.
 Mathe. xvi. Impediens iustos a bonitate uiros
 Marci. viii. Est aliquis tentans mores componere rectos.
 pue. xxiii. Et uitā sacris fortificare bonis
 Ad ro. i. Tu tamē hunc retrahis manibus petulantibus; atq;
 Psalmo. Propositum tentans contaminare bonum.
 xxxvi. In promptu ratio est; similes sibi poscit habere
 puer. xiiii. Et numero plures/ stultus & improbulus
 Ecclesi. xiii. Persequitur fatuus/ dignos/ iustosq; bonosq;
 Odit & egregios; deteriora placent.
 Ecclesia. xx Est studium fatui; multos ut contrahat ad se;
 Ne solus fatui nomē inane gerat.
 Consilium præbet falsum; manibus pedibusq;
 Allicit; & sanos impedit usq; uiros
 Inde/ bonus si uult/ positus bene uiuere mundi
 Illecebris; tacita & cui loca sola placent:
 Continuo exclamat stultus; damnat quoq; iniquo.



Iudicio iustū: cōmaculatq; bonum
 Esse ait ille putat sapiens sibi solus: amatq;
 Viuere secessu: singula sola placent:
 In christo & sanctis desperat gaudia mundi.
 Temnit; & hipocrisis hunc malesana rapit

RETRA /
 here a bono

cauete a fer
 mēto phari
 seorū. q uēi
 unt ad uos ī
 pellibō ouī
 nis; & ī rīse
 cus sūt lupi
 rauaces. Ne
 amuleris ui
 ros malos;
 nec deside
 res eē cū eis
 qa rapinas
 meditatur
 mēs eorū &
 fraudes la
 bia eorū lo
 quūt. Noli
 amulari ut
 maligneris
 Quoniā q
 malignant
 extermina
 būtur
 Sapien. v.
 Lucæ. xii
 i. Thim. iiii.

Matth. v.	Nos socios inter uiuimus; & insuper alti
ii. thimo. ii.	Speramus tandē præmia habere poli
Eccles. vi. &	Qui bonus esse cupit / christiq; ad regna uenire
vi. xxviii. q.	Audiet a stultis talia multa uiris.
sape.	Vir bonus & sapiens mundi uitare laborat
Lucæ. xxi.	Illecebras; anime & noxia damna fugit.
puerb. xiiii	Eheu uana nocet modo conuersatio mundi.
Eccles. xxxvii	Quæ ducit cūctos ad scelus atq; nefas
Hic. xxix.	Ergo si probitas; si uirtus; si bona uita:
Ad coll. iiii.	Non possunt in te forsan habere locum;
	At saltem iustos homines seducere noli
	Parce bono; uerum qui sine transit iter

OMISSIO BONORVM OPERVM.

Lampades accendunt oleo quicūq; flagranti.
 Quiq; tenēt rutilo flagrantēs igne lucernas.
 Dulcia perpetui capient solatia regni;
 Luna pandetur simul his pulsata repente.

Boetius	Eheu præcipiti mortalia corda profunda.
mat. xxv.	Merfa; salutarē quærite posco uiam.
Lucæ. xiii.	In tenebris densis mēs est humana sepulta
psal. vi.	Nullus enim superum tela trifulca timet
xii. q. i. oīs	Vita malis hoīum sordescit consita rebus;
Ad he. xii.	Mergimus & tumido sautia corda mari.
De cle. non	Quid prodesse tibi poterit, q; feceris olim
refi. relatū.	Sinceras operas, & benefacta quidem?
Luce xii.	Quid tibi thuricremas prodest q; struxeris aras;
de renū. c. i.	Frugum primitias obrulerisq; deo?
de eta. & q.	Quid prodest iuuenem primos micuisse per annos
itellexinus	In uirtute sacra; & degenerasse senem?
Mathe. x.	Quid iuuat & fidei sacrae documenta sequutum.
	Qui non continuat nec bene facta colit
	Cum deus omnipotens extrema iudicet hora.



HONORŭ
operum ne
gligētia.

Quinq; fa-
tuae acceptis
lāpadibus n̄
sumpserūt
oleū secum,
prudētes ue-
ro acceperūt
oleū ī uasis
suis cū lāpa-
dibz. Nouis-
sime uero
uēiūt & reli-
que dicētes
dñe dñe api-
nōb. & clau-
sa ē: ianua.
Amen dico
uob nescio
uos discedi-
te a me oēs
q; opamini:
iniqtatē. Ite
maledicti ī
ignē eternū
&c.

i. q. vii. fug-
gesiū. i. reg.
xii.
math. xxiii
i. Cori. xiiii.

Mortales; cūctos & tuba magna uocet
Quilibet exactæ cogetur reddere uitæ.
Facta: quibus capiet præmia digna quidem
Qui cupit extinctas oleo accendisse lucernas
Mēs sua dū nurat: spiritus atq; fugit;

xxvi. q. vi. si Stultus erit speratq; nimis: nec tristia uerba.
 p̄l byter in Iudicii extremi cogitat atq; timet.
 glo. Si subito moritur sapiens/ subitoq; labascit
 Math. .xxv. Mors tamē illius nō miseranda uenit.
 Sapiē. iii. Hic opas quoniā iustas præmisit ad illum.
 Quē penes æterno lumine uita manet'.

Ecclesia. xi. Sed fatuus uecors. cui sunt præcordia cæca:
 deut. viii. Iudicii horrendā spectat adusq; diem
 Ad heb. .ii. Illius æterno tumultentur mēbra sepulchro.
 Seneca In cineres densos mens quoq; praua ruet.
 Ecclesi. vii. Proh res mortales sequimur: fatūq; futurū.
 Math. xi. Negligimus fatuos impia cura rapit.

de pe. di. vii Nos deus extrema uenientes spernit in hora:
 nemo Intutū/ incertum/ sed fatuū atq; nimis.

Eze. xxxiii. DE PRAEMIO SAPIENTIAE

Possumus ad extrema palmæ spectare coronam
 Ad læuā mitræ cernimus auriculas
 Ecce sinistrorsum fatuoꝝ maxima turba.
 Pergit: & exitii præmia iusta capit

puerb. xyi. Ostulti ueniā petimusq; damusq; uicissim
 Mathe. vi. Parcite si uos nūc nostra thalia ferit:
 Iob. xxvii. Iā cano iustitiæ quæ præmia quāta sophiæ.
 Thob. iiii. Munera largiri cōstituiq; decet.

xl. disti. c. si. Plures sunt: auido studio qui nomina quærent.
 Vide gl. xl Et titulos uanos: famigerūq; decus:
 iii. di. in sum Hic etenim titulū doctoris gestit habere.
 xlvi. di. hēt Ille magisterii nomē habere cupit:
 hoc De ma. Non ut christigenas doceat nec documēta sacra
 & obe. hu/ Spargat scripturæ: fortificet ue fidem
 milis. Laudibus at trahitur/ uanaq; cupidine fama:
 viii. q. i. qlis Ambulat ex ætæ sic quoq; rupis iter:

Cogitat haud rectas/ animos quibus imbuat/ artes
 Quæ nectar tribuant Ambrosiæq; cibos



Est apud æternū patrē sapientia mundi
 Nulla: sed hanc stolidā stultitiāq; uocat
 Plures se credunt ad dextrum pergere cliuū;
 Adq; salutarē posse uenire uiam
 Quæ per continuos traducit corda labores

DE VIA re
 licitatis.

Est uia q̄ ui-
 det hoi re-
 cta: & nouis-
 sima eis du-
 cit ad mor-
 tē spatioſa ē
 uia q̄ ducit
 ad pditionē
 Anguſta ue-
 ro & arta q̄
 ducit ad ui-
 tā & pauci ī
 ueniūt eam
 Initiū bonæ
 uiaē facere
 iuſtiā cum
 placuerint
 dño uir: ho-
 minis inimi-
 cos quoq;
 eius cōuer-
 tet ad pacē.
 Melius ē pa-
 rū cū iuſti-
 cia q̄ multī
 fructus cum
 iniquitate.
 Abdie. i.
 Corint. i.

9

BIBLIOTECA NACIONAL

BIBLIOTECA AMERICANA

"JOSÉ TORIBIO MEDINA"

- Iudith. viii.
Actuū .xiiii
- Lucæ. xiii.
- Diō de re//
gno
- Eccle. vii
Plato de
quo hiero. i
plogo bi
bliæ
- Ad sedē æthereā pacificūq; locū:
Sed tamē ob mentis cæcas fatuasq; tenebras.
Ad dextram nequeūt tēdere rite manū.
Est uia stricta nimis: ducens ad regna polorum;
Ad stygios ducit latū iter interitus.
Amphytrioniadem magis imitabere coeptis
Si fugis illecebras: uisq; uidere bonum.
Stultitiā quicūq; etenim comitatur habebit
Et uitii & sceleris præmia iusta sui:
Et meritis sapiens non indotatus abibit.
Et capiet fausto præmia clara sinu.
Sic Plato posthabitis fatuis documenta sophiæ
Lustrauit: famā & posteritatis habet.
Sed modo foelicem nullū prudentia mundi
Efficit: æthereā ni colat ille uiam.

NEGLECTVS INFORTVNI

Hic fatuus certe est / qui fortunā male faustā
Sentit: & in manibus fata sinistra suis
Attamē in casu multū est iprouidus isto
Negligit & nūq; quod reparare potest.

- in auten. de
nō alie. aut
p ec. coll. ii.
puer. xi.
Sapiē. iiii
Tullius
Seneca.
Horatius
in arte. ff. d.
do. cā mor.
l. senat. C.
de neg. ge.
l. iiii.
Hiere. li.
Ezec. xxvi.
- Rebus in humanis q; sit constantia nulla;
Nec sit certa fides: per stabilis ue gradus
Hoc monstrant hominū casus & fata caduca.
Hoc te fortunæ mobilitatq; docet.
Nā res externæ foelicē reddere nullum
Possunt: cum fragili conditione ruant
Nulla manus tantis cū uiribus: atq; labore
Format opus: quod non tēpore & intereat.
Sed quia nunc cupio fatuū cōponere: cui fors
Displicet instabilis: atq; ruina grauis
Attamē inuigilat sitibūdo pectore rebus.
Fortunæ: cautus nec fera fata cauet
Hic non mirari debet si fluctibus altis



Et laceris remis mergitur uncta ratis
 Si tibi principiis forte infortunata paruis
 Contingunt tamē hęc sunt comitata malis
 Prudentū nobis ueterū prouerbia dicunt
 Et sunt hęc digito rite notāda meo:
 q̄ mala fors crescat; crinis quoq; nocte dieq;

PERICULUM
 non uita
 re.

Qui amat
 piculū i illo
 pibit. Iusti-
 cia simpli-
 cis dirigit
 uia eius & i
 pietate sua
 corruet ipi
 Propt̄ peccā
 laboriorum
 ruina proxī
 mat malo.
 effugiet aut̄
 iustus d̄ an-
 gustia Via
 stulti recta i
 oculis eius.
 Iter aut̄ ipi
 oꝝ decipiet
 eos. In semi-
 ta iustitie
 uita. Iter at̄
 deuiū ducit
 ad mortem

ff. cōmo. l. si
 ut.

- Est faci incertus exitus: estq; grauis;
 Adsit in exēplū rerū mutatio: quæ sit
 Lapsibus assiduis: fors peritura fluit.
 Prouideat tamē hanc qui tutus uiuere gliscit
 Irrepat tacito fors metuenda pede.
 Aequora qui tumidi sulcat spumantia pontis
 Audei & in fragili tangere naue fretum;
 Est opus ut uentos habeat flatusq; secundos;
 Ne puppis uastis fluctibus acta ruat.
 Nam fatuus remis rapidas sulcare per undas
 Qui nescit: facile hic tristia dāna capit.
 Sed sapiens qui non semper confidit iniquis
 Sortibus: atq; animo fata futura cauet
 Is poterit foelix rabiē uitare fruentis
 Aequoris: & portum prendere naue bonum.

DETRACTIO BONORVM

Detrahit insipiens iustis plerūq; maligno
 Ore: ligans nolam gutture murilegi
 Facta sua inde latere cupit: nec nomē habere
 Hinc putat: at tactus clamat ab osse canis

- Gaudia concipiunt plausus linguaq; manuq;
 Prudentes adunt: constrepitantq; pede
 q; modo tot fatuos libro collegimus uno;
 q; quadrirēmē struximus arte nouā.
 Non ad diffames culpas conuitia: crimen:
 Carbasa nostra uolant: per mare, perq; solum
 Nec cupinus calamo uitæ proscindere famā;
 Gaudeat at iustus: sed malus intereat
 Inde salutaris dedimus medicamina uitæ:
 Et dedimus mox dogmata culta quidem
 Qui leget hæc nostri purus documenta libelli
 Stultitiæ nebulam & retia stricta fugit
 Econtra plures fatuos mea pagina lædit;



OBLO/
qui bñ ope/
rātibus.

Nō opus est
carti pēdere
ī gutture
nola : Bella
gerent mu/
res protinō
absq; metu.
Tāge mon/
tes & fumi/
gabūt. Ver
bū sapiens
quodcunq;
audierit scio
laudabit : &
ad se adii/
at . Audiuit
luxoriosus
& displicuit
illi & piicet
illd post dor/
sum suum

Pinguendo nostræ quos tetigere manus
Nec tamē audacter mea scripta reuellere possunt.
Nec temere hæc contra uerba pterua loqui
Nec tamē addubito quin sint qui uerbere duro
Intendant nostros contaminare iocos

- Præceptorē Si sunt edocti: iuueni mihi parcere debēt:
 appellat. S. Cui præceptoris uertere scripta placet.
 Brant Hos si liuor edax trahit: & turbatio mentis
 Saltē opi parcant quod bona multa docet.
 Lædere si quosdā nunc pagina nostra uidetur.
 Discedant taciti. murmura nulla iuuant
 Sentio quorūdā criticorū sibila: sed me
 Solantē gracili camina facta pede.
 Horatius Scribimus indoctiq; poemata passim:
 Utūis hæc saltē sit mea musa precor
 Nil fatuos curo: resonāt nil cymbala a fello
 Dulcia: tū stolido nō sapit illa seges.
 Lectores igit̄ moneo: deponite frontis.
 Grande supercilium: perlegite illud opus:
 Cessent & uocis larratus: rancida uerba.
 Cessent: & placeat quod modo finit opus
 DE IMMODERATA MENSE TURPITVDINE.
 Obscænos mensæ ritus depingere fas est.
 Illius & fatuos cōnumerare modos
 Nō pudor in uerbis: nō est reuerentia mensæ:
 Porcoꝝ ritu gens modo uiuit ibi.
 puer. iiii.
 & xiii. Nō pudor in uerbis: nō est reuerentia mensæ:
 psal. lxxviii. Porcoꝝ ritu gens modo uiuit ibi.
 Eccle. xxix.
 i. Corin. x. Sperabā fatuis satis hunc suppleſſe libellum.
 Eccle. f. ii. Et finē satyris iposuisse meis:
 iiii. di. d. niq; Altera turba sed hunc fatuoꝝ scādere nauē
 Esa. xxviii. Aduolat: & mecū pōscit inire fretum
 xliiii. di. c. i. Non sunt fallaces fatui: quos ardor habendī.
 ff. de ori. iu. Aur. aliquis quæstus ad mea uela trahat:
 l. i. Sunt tamē obscæni fatui quos impius usus
 Math. xv In tabula pascit absq; pudore bono:
 Actuum. vi Irreuerenter agunt panesq; & fercula mensæ.
 More suū bibunt: pocula lata uorant.
 Castigo in primis solitos contingere mensam.
 Illotis manibus: mentibus atq; malis



FACETIA
mensē

Nōne meliō
ē comedere
& bibere &
ostēdere aīe
suā bōa' de
laboribꝫ su
is: Fiat men
sa eorꝫ corā
ipsis i laque
um & in re
tributōnem
& i scādalu.
Comedunt
panē impieta
tis: & uinum
iniquitatis bi
būt Iustus
comedit &
replet aīam
suā. uēter at
īpiorꝫ infa
turabilis.

Reddere nec grates solitos pro munere christo

Votaqꝫ pro tātis sacrificarē bonis
Sordida labra tenent farui manēte saliuā:

In manibus crassis stercora spurca gerunt.

Ex naso stillant pluuiā: nymbiqꝫ madentes

Ex oculis lypis sordida gutta fluit.

xliiii. dist. p
reuerētia
de cō. dif. v.
i omnibus.

- Plinius.li. Maxillæ squalent;nigra rubigine dentes
 xiiii.circa fi. Sordent:mundities corporis omnis abest.
 c.a crapula. Hic sabuli rex est:porcorū more solutus
 de ui.& ho. Qui uorat & grūnit:qui bibit atq; uomit
 cle. Et uocat ad fortē Cereris, donūq; lyei;
 Horatius Confotios;quorū pocula plena madent
 i epif. Ructant;exhaustum donec spumare falernum
 Persius de Possint:& uino sordida mēsa fluit.
 reli.& ue. Inq; uicē bacchi madido certamine sese
 sã.c.i.xxxv. Sollicitant;haustus continuātq; meri
 dif. luxurio Polluit hic animā ritus:corpusq; laceffit.
 sa Assidua est peius æbrietate nihil:
 Ecce. xxxi. Inducit morbos uarios:& corpora soluit;
 Ofec.iiii. Et frangit neruos;contaminatq; caput.
 Lucã. xxi. Omnes turpes:quorū sum reuerentia mensæ
 puer. xii. Peruenit:ubi nunc heu moderatus honor?
 &.xxii. Quo curius frugi?quo parsimonia prisca?
 Curius Migravit uictus quo decus atq; nit or?
 Lucã. xiiii. Quorsum mundities mensæ cultusq; decorus.
 puer. xxv. Heu ritus tabulæ nunc moderatus abest.
 Est aliud uitium:tabulã quod more sinistro
 Leni. xix Turpat:sinceros contaminatq; gradus
 Insti. de iur. Sedibus in primis fatui subsellia ponunt;
 na. glo. fi. & Sordidulus iuuenis uult prior esse sene.
 Insti. de bo. Amplius haud primas sedes conscendit honestas.
 pos. de offi. Turpibus usq; uiris pocula prima damus
 cul. c. i. Est psonarū neq; enī discretio nullus
 Irreuerētia Est pudor:& tabulas irreuerenter habent
 mensæ Cū manibus peccant:cū gutture:cūq; labellis
 Hic offam glutit:at æbrius ille uomit
 Hic digito primus sordenti fercula mensæ
 Attingit naso cōspuit atq; dapes
 Hic calicē siccat labris uacuatq; lagenæ
 Oenophorū:rursus quod bibit ipse uomit
 Cantāt:& latrant/magno clamore fatigant

Aera: thyrsiferi & sacra nefanda dei.
 Hos furor usq; rapit: confundit pectora bacchus
 In tabulis partes improbus omnis habet.
 Nunc calices fragur: nunc rupitur ulceus albus
 Nunc uicrum e mensa: cantarus atq; cadunt.
 Saepe manu rapimus: quod gestat tertia mensa:
 Gustamus sapidum: dulcia fercla simul
 Sardanapalus habet comites: quos foeda uoluptas.
 Assidue reficit: imoderata placent
 Sed quia non opis est nostrae: depingere cunctas
 Illecebras mensae: stultitiasq; graues:
 Viuendi ritus non est sapientibus unus
 Omnibus: aequalis mos neq; cuncta regit
 Nempe aliter Graii uiuunt: aliterq; latini.
 Quae uiuat ritu Theutona terra suo.
 Sauromatae:q; alio celebrant conuiuia more:
 Atq; alio Thureus: Aethiopusq; modo.
 Sunt hominum mores uari: disparq; uoluntas.
 Sunt uari uictus: uita nec una uiget.
 Quilibet in mensa deuictur turpia uerba.
 Porcoq; mores pellat ab ore procul.
 Atq; agat aeterno grates ex pectore patri.
 Exoptetq; sacrum prosperitatis iter.
 Nec diuinus enim nos conditor ipse creauit.
 Ad potum atq; cibum: corporeas ue gulas:
 Nec sumus iccirco nati comedamus ut usq;
 Assiduo aut sumet corpora nostra cibo.
 Sed potum atq; cibum pro uita sumimus atq;
 Corporis ad podium: sanguineosq; lares
 Spiritus est anima nostra: inde habitare nequibit
 In sicco: sed sanguinis illa tenet.
 Sed modus est rebus: est & mensura decorq;
 Quae citra atq; ultra uita anima atq; fugit.
 Iccirco crapula atq; gula plures moriuntur:
 Quae gladio aut telis: ingenua ut nece.

sardanapalo
 Insti. li. i.
 De sepult.
 certificari. c.
 ga diuersi /
 tas. d. consp.
 Terentius
 Perius
 antilianus.
 li. ii. ff. ad
 treb. ga po-
 terat.
 puer. xxx.
 Ad. coll. iii.
 Thob. ii.
 Esaia. li.
 i. Thessal. ii
 & v.
 Aristotel. ii.
 de anima.
 Eccle. v.
 xxxii. q. ii.
 moyses
 horatio gl.
 Institu. p. q. s
 p no. ac. in
 prin.

Ecc̄l. xxxvii
Curialitas
antiqua

DE GAV
dio larue.

Rifus dolo
re miscebit
& extrema
gaudii lucto
occupat st
ticia gaudiū
stulto & uir
prudēs diri
git gressus
suos. Perpe
tuo rifu pul
m onē agita
re solebar.
Democrito
fapiēs fleuit
cōtrarius al
ter. Facies q̄
ad similitudi
nē pulchri
tudinis cele
stis ē figura
ta: minime
miculetur.

Diogenes

Democritus



Curia magnarū mores quādoq; probatos
Urbanos dignos tradidit atq; bonos
Curia nobiliū nunc est corrupta maligna
Ebria multibiba gar rula fadiloqua
Perdidit atq; uetus nomē famāq; fidēq;
Amplius ī toto nec uiget orbe decus

DE LARVATIS FATVIS

Risit Democritus stultos, & inania mundi
 Gaudia q̄ laruis pergeret omnis homo
 Cynicus ecōtra calus defleuit in omnes
 Et quia tot fatuis terra repleta foret.
 Viueret in nostro si iā Democritus auo
 Rideret toto crimina nostra die;
 Et Crassus pariter rideret ludicra mundi:
 Quem risisse semel carmina prisca canunt
 Præcipue nostra si tēpestare uideret
 Laruatos fatuos; stultiloquosq; uiros
 His fatuis nullū uitiū nunc turpe putatur.
 Ad scelus hos etenim uita petula trahit
 Concita galloꝝ tanto uix mēbra furore
 Vexant; cybeles dum fera sacra colunt
 Cum furia tractant uix Mænades orgia tanta
 Cū recolit lemures stulta caterua malos
 Induit hic laruā. turpes hic sumit amictus
 Ille linit faciē; contaminatq; fūco.
 Hic gerit in fatua conductos fronte capillos.
 Hic dentes emptos; hunc tegit alba toga.
 Parthorū ad morē cupit alter sumere uestē
 Hic habitus Geticos, Sarmaticosq; petit
 Hic faciē turpat; quo sic deformior ille est
 Tartara qui terret murmure cerbereo:
 Musica cōportant fatui instrumēta; canūtq;
 Audiat ut fatuos quæq; puella suos
 Ante domū notæ dominæ uestigia figunt
 Cōsumūt totos, sicq; boando dies
 Fausta puella quidem, fatuis tutatur ab illis
 Quæ se; laruati turpia quæq; petunt
 Sæducit castos animos laruata caterua;
 In faciē daemon quē gerit ore, patet.
 Corda puellæ; manibus discerpit aduncis
 Vnquibus horrendis; dilaceratq; thoxū

puerb. xiiii.
 Iuuenalis
 l. si qs. C. de
 pe.
 Plinius. li.
 vii.
 Solinus
 Grassu s.
 De ui. & ho
 ne. cle. cū. de
 corem
 Druyde. de
 quibus
 Iucanus
 Mænades
 Persi. sa. i.
 Lemures &
 quibus
 Oui.

Eccle. xxy.

C. de epi &
 cle. minime

In auten de
san. epi. col.
ix.

Quicquid enim sceleris totus non perficit annus.
Hoc laruatq; tempore conficitur
Sæpe tuas: larua contacta subintrat in ædes:
Quæ tibi gallinas uulpis iniqua uoret.
Tu quia nil curas laruatæ crimina gentis:
Contaminas thalami foedera sæpe tui.
Quid refero mores: quid turpia uerba: iocosq;
In quibus assidue stulta caterua furit
Larua representat nunc saturnalia festa
Aut salios nudos: māmuriūq; fabrū.
Quodq; magis credo: tali sub tēpore / ditis
Emissos lemures: terrificasq; deas
Loethiferi qm̄ pendent de frontibus hydri
Abscūdūt faciē: quā deus ipse dedit
Naturā turpāt: tenebroso pectora cultu
Vera tegunt: uultus cōmaculantq; fuce.
Se facit hic claudum: se cæcum clamitat ille;
Larua tegit proceres: magnificosq; uiros
Id tamē est peius: trahimus ludibria laruæ
Pascatis ad festos sacrificosq; dies:
Ducimus & choreas: Veneris certamina mollis
Pessima uersamus: nil sacra festa uetant
Passio quo christi meditat: tēpore: laruā
Accipimus: sceleris pabula quæq; placent.
Sursum heu tarde cū christo: crimina mundi.
Vana: iubent solitā cōtinuare uiam
Fraterno lemures hos nūc sermone precamur.
Ut tādē sapiāt destituātq; nefas
Esse: nefas quis nā dubitat: q; uertimus ora
Naturāq; simul: turbidus error abi
Fama uolat quēdā occisum quē larua tegebat
Quē mox cū larua dæmō ad ima tulit.
Iure quidē: nā cuius erat nūmisma & imago.
Effigiē & pignus abstulit ille suum.

VIRI PRVDENTIS DESCRIPŦIO



Vir bonus & sapiens reprehendit turpia facta;
 Dictaq; castigans impia iusta docet.
 Conscijs ipse sibi mala: cuncta & inania uitat:
 Et uitam quærit diligit atq; bonam
 Prudentem cecinere uirum documenta Maronis
 Qualē uix hoïem sæcula nostra tenent.

BIBLIOTECA
 SAPIEN-
 ta.

In sumis ex-
 celsisq; uer-
 ticibus iu-
 pra uia i me-
 diis semitis
 stans iusta;
 portas ciui-
 tatis in ipsi-
 s foribus loq-
 tur sapia di-
 ces O uiri
 ad uos cla-
 mito: & uox
 mea ad fili-
 os hoim. In-
 telligite p-
 uuli astucia:
 & insipientes
 aduertite
 Audite qm
 de rebus
 magnis lo-
 curura sum
 Veritatem
 meditabit
 guttur meū
 & labia mea
 detestabunt
 impium.
 puer. viii.
 & xxvii.

- Sapient. vi. Socratis egregii maiestas/iudice phæbo
 Eccles. x. Dicitur emeritos promeruisse gradus
 Socrates. Talis erat sophiæ diuinæ Socrates alter:
 Qualem Virgillii carmina docta canunt:
 Ex se pendebat totus; perfectus ad unguem.
 Seneca epi/ Constant; & dexter prouidus atq; bonus
 sto. cv. Vir bonus & sapiens dotes in pectore multas
 Tul. ipe. Continet; & clara nobilitate micat.
 Iudex ipse sui; nec uani murmura uulgi
 Eccle. iiii. Curat; securus tempora grata terit.
 Rebus ab externis neq; mercē aut crimina sumit.
 Sapient. vi. Est frugi semper; & moderata perit
 Ecclesia. vi. Pectus habet solidum; propellit inania uota.
 puerb. x. Continet & stabili pectora recta gradu
 Eccle. xviii. Non prius a molli rapiunt mēbra sopore
 Eccle. xii. Oīa q̄ uitæ sint reputata suæ.
 Eccle. xxxvii. Vitale cum sancto sapiens coniugit honesto.
 Oī aliquid laudis & gerit ipse die.
 Ecclesi. i. O utinam nostro tam consona turba sophiæ
 Tempore fulgeret; tā nitidaq; schola;
 puer. iiii. In quibus illustris uirtutis semina prudens
 Funderet; æthereum concineretq; decus
 Eccles. x. Mirandū non est; q; tā numerosa caterua.
 Esaiæ. v. Stultos; totidē seruat in orbe uices
 puer. xxix. Est ratio in promptu; quoniā sapientia pulsa.
 Aristides Exulat; & mundū saucia facta fugit.
 Curius Qui bonus & sapiens nostro nunc eē laborat.
 Fabritius Tempore; uesanus dicitur atq; rudis.
 puer. ix. Callidus & uaser qui nunc est atq; dolosus:
 Sapient. y. Hic titulū sophiæ; & nobilitatis habet:
 Iustus Aristides quid tempestate ualeret
 Nostra quid Curius Fabritiusq; bonus
 Quid Cato diuinus; celebris quid turba Platonis?
 Prudentes rident sacula nostra uiros
 His tituli candor datur & nunc gloria præsens.

In quibus est fraudum stultitiæq; uigor.
 Ascendit celebres stultorū turba cathedras:
 Stultitia mentes quæ uiolare solet
 Si modo prudentes aleret Germania pugnax
 Et daret ingenuis præmia digna uiris
 Non sic deserta fluerent præconia fama.
 Parta quidem: quæ nunc Theutona terra premit
 Si gradus insignis sophiæ cultoribus esset
 Non ueheret fatuos tot modo nostra ratis
 Sed censor nūc nemo sui se explorat ad unguem;
 Nemo animū musis ibuit ingenuis
 Stultigeras igitur tunicas/fatuosq; cucullos.
 Imposui multis: quos mea scripta notant
 Ergo prudenter stultus qui uiuit agitq;
 Virgilii ut diui pagina sacra canit:
 Protinus æt hereas hic celsior usq; sub auras
 Transuolet: & nitidi lactea signa poli
 Carneq; mortali posita/captare quietem.
 Cœlestē poterit: Ambrosiaq; frui.
 Ad sophiā teneros igit succingite lumbos.
 Et date conspicuæ thura benigna deæ.
 Quapropter doctis optat Philomofus honores
 Et pacē musis poscit adesse suis
 In primisq; suo Titioni/magna precatur
 Gaudia: constructa est quo duce nostra ratis
 Sit tibi/mi præstans animi præceptor/amice
 Theda/salus ingens: Brant uenerande uale.
IN COMMENDATIONVM PHILOSOPHIAE.
 In precio non est hodie doctrina bonorum;
 Sed spuit ad doctas stultus ubiq; togas:
 Doctiloquos tentat uulgus detrudere sacco.
 Sub pede stultorū philosophia iacet.
 Quisquis ad æt hereas sacratæ; pallados arces
 Tendit in hac requiem uel cupit esse suam

Germanie .
defectus.

puer. xiii

Virgilius .
Eccle. iiii.
Sapien . yi.

Titio &
theda. g &
Brant

BONORū
hoīm psecu
tio.

Ne pauas
repētino ter
rore & irru
entes tibi
potēias īpi
og. dñs enī
erit ī latere
tuo; & custo
dier pedem
tuū ne capi
aris. qm̄ nō ī
finē obliuio
erit paupe
ris. patiētia
paupē; nō
pibit. Cōsci
disti saccum
meū; & cir
cundedisti
me lētia



Pfal. xxix.

Iohel. i.

Apoca. vi.

Sapien. i.

tullius p ar
chia poeta.

Hic manibus purus ueniat linguaq; pudicus.

Vt sophiæ foculis fumida thura ferat

Philosophia sacris animos collustrat ocellis;

Ingenii dotes; præbet & eloq̄ uum:

Lactificas huius solamur dogmate mentes

Hæc animi motus pellit & illecebras.

Hic bene uiuendi præstat documēta uiaſq;

Hæc iter ætherei pandit ad aſtra poli
 Poſſumus hac mentis triftes auerte caſus
 Poſſumus hac lapſus exuperare graues
 Hanc deus oïporens cœleſti miſit ab arce
 Vt nodis cœli ſemina clara daret.

puerb.ii.
 Eccleſia.i.

Illius in collo pendent redimicula ſacra
 Per genus humanū quæ modo ſparſa micant
 Mēbra tegit peplo:pallaq; induta Minerua;

Sub pede purpureas ſpargit ubiq; roſas
 Seruiat huic ſapiens quiſqu' s;nā nectare diuo
 Corda hominis potat: Ambroſiaq; cibare
 Et libertatis ueros concedit honores.

Sapien.vi.
 &.ix.
 Eccle.xxvii
 puer.viii.&
 xvi.

Hac duce perpetuo libera corda manent.
 Hæc ſcelus atq; nefas pëllit:moresq; profanos
 Explodit uitiiū:præmia laudis habet.
 Hanc propter ſapiens nitidū conſcendit olympū:
 Hæc aperit iuſtis regna ſerena poli

Poſſumus hac ſæuos facile extripare tyrannos:
 Fida comes uitæ eſt:& benedicta quies.
 Hac ſine non princeps;nō rex:sua ſceptra gubernât.
 Eſt fidei mater:iuſtitiaq; parens

Sapien.viii.

Palladis ad munus iuuenes properate ſeneſq;
 Ex gremio cuius fons ſcater irriguus
 Currite uos docti:ueſtram obſeruate mineruam;

puer.vii.

In ſaccū trudit dogmata uulguſ iners
CONCERTATIO VIRTVTIS CVM noluptate.

puer.iii.

Aspice conſlictum uirtutis atq; petulcæ
 Deinde uoluptatis/gaudia uana uideſ;
 Legimus Alcide ſomno cū forte iaceret

Vidiſſe ambiguas/difficileſq; uias
 Ambarūq; ſtatū/finē/uitāq; modūq;
 Scrutans:uirtutis cæpit inire uiam

S.Brant.
 Argumētū,

VOLVPTAS

VIRTVS



EPIGRAMMA AD LECTOREM.

Virtutis quicūq; colis sacra dogmata lector.
 Aspice quos fecimus pollice & are modos
 Tu tamē in primis frontē deponē seueram;
 Aut fuge; si nason rhion cerotis habes.

Nos ueniã scriptis dabimus; petimusq; uicissim
 Si peccat numeris pagina nostra suis
 Frangitur hic puro dictamine blanda uoluptas
 Et spurcæ Veneris marcida castra iacent.
 Sed uirtus niueo uictritia tela triumpho
 Suspendit: coelo seq; suosq; beat.
 Hanc amat imberbis iuuenis; uitæq; magistrã
 Ducat: & aeterno munere formet opus.
 Illecebras fugiat: quas spondet uana libido.
 Hæc animos frangit: pectora casta terit;
 Fœdat & ingenii cultus: sensusq; pudicos
 Destruit & semp blanda uenena uomit.
 O iuuenes spectare probi: quid candida Virtus
 Possit? quid noceat luxuriosa Venus

Horatius
 in: arte

De duplici uita: humanæ uia
 Auerte pedē tuū a malo. Vias enim q̄ a dextris sunt nouit
 dñs: puerse uero sunt que sunt a sinistris.

tullius i of.

puer. iiii.

OBIECTIO VOLVPTATIS CRIMINãtis uirtutem.

En ego sinceræ uirtuti inimica uoluptas.
 Adsum uertici lauro redimita: per orbem
 Signa mei fulgent castris suffulta triumphis:
 Semper Achemenios spirant mea tempora flores;
 Et redolet uiolas collecti fasciã crinis
 In niueis soleo manicas gestare lacertis:
 Et uestes tyrie fulgentia brachia uelant.
 Est facies lasciuia nimis: stant lumina multo
 Inuidiosa ioco: petulantes frontis ocellos
 Ostendo: mallé frangunt qui sæpe iuuentã;
 Delicias effundo meas: & mella per orbē.
 Ut capiant iuuenū teneras mea retia mentes
 In manibus cytharam teneo: plectrūq; sonorum.
 Turba sedet iuxta mollis blandiq; choraules

Ecclesi. ii.
 Sapien. ii

VOLVpta
tis uia

Nec ph.bui
cor meū qui
oī uolupta-
te frueret &
oblectaret
se in his q̄ p̄
parauerant.
Quis ita de
uorabit & d̄
licii affluet
ut ego? Ve-
nite ergo &
fruamur bo-
nis q̄ sunt &
utamur cre-
atura tanq̄ i
iuuētute ce-
leriter



Ante meā statuā dulcissima carmina pangunt
Pectine facundo mulier stat psaltria iuxta
Nam soror ipsa dei: cui sacra solēnia reddunt
Menades insanæ frontē crinēq; rotantes;
Qui mea prosequitur miles uexilla labores.
Nullos; & liber discrimina nulla subibit.
Cogitur haud sauis caput obiectare procellis
Non strepitus pugnae: non tristia classica Martis
Audiet: armisonus lituus nec pectora franger
Sed qui me comitē sequitur; non tramite duro.

Sed qui me comitē sequit̄ nō tramite duro
 Ambulat: at dulces hic experiet amores.
 Qui mea spreuerūt quondā monumēta: periclis
 Immerſi grauibus; uitā claufere dolore
 En dea ſum cuius ſpatioſo noſcit̄ orbe.
 Imperiū: & noſtro manāt de pectore molles.
 Delitiæ: riſus: & cantica plena iocorū:
 Et ſub me ſanæ longiſſima facta ſenectæ.
 Vſq; uigent: albiq; dies: horæq; ſecunda.
 Quondam priamides quo Troia ceſſit achiuis.
 Signa tulit noſtri manibus florentia regni.
 Indulſitq; bonis: quorū eſt mea magna poteſtas
 Et mihi ſeruiuit cultu Cleopatria ſuperbo:
 Blanditiæq; meas canopea ad mœnia duxi.
 Africa me noſcit: me noſcit corniger Hammon
 Me Numidæ infrenes: colit & Mauriſius athlas
 India delitias noſtras uenerat̄: & omnes
 Educiunt rutilo qui candida mēbra ſub ortu
 Me duce ſobrietas toto pulſat̄ ab orbe.
 Sarmata nō tutus: nō parthos: nō geſta pugnaq;
 Nō Hiſter: nō trax: ſemp̄ criſpusq; ſycamber
 Noſtraq; puarias mittūt̄ ſpicula gentes
 Noſtra ſophi ueteres coluerūt numina: quorū.
 Scripta manēt poſitæ me defendentia ſectæ.
 Nā ſine corporeo profunt bona noſtra labore:
 Et gula nobiſcū ſeruēs quoq; gloria menſæ.
 Nō mea ſub galeis uita eſt: nō ſtramine duro.
 Corpora noſtra cubāt: ſed prebet pluma quietem:
 Me niſi delitiæ molles ſequerētur: & omnis
 Luxuries: tanti nō reges blanda ſubiſſent.
 Caſtra: quibus toto uictrix dominabor in orbe.
 Sardanapalus enim regalia facta relinquens:
 Corporis illecebras coluit. florentibus annis.
 Bellica Roma quidē noſtro ſudauit amore
 Mollibus in plumis dant̄ ſua gaudia multis

paris.

Cleopatra.

Numidæ
Mauritania
India.

Eccle. xxxi.

ſarmate.

parthi

Gethæ

Hiſter

ſycāber

Epicurei.

Iuuenalis

in ſatyra. o.

bus in terris

Sardanapa-

lus de quo

Diodorus

Iuſtinus.

Roma

Hiere. vii.

Verba sar-
danapali.
Sapient. ii.

DE VIA
uirtutis

Deus crea-
uit de terra
hōiem & se-
cū dū imagi-
nē suā fecit
illū. & iterū
cōuertit illū
in ipsā. & se-
cū dū se ue-



siuit illum
uirtute. nūc
rū dieꝝ &
tēpus dedit
illī & dedit
illī pꝛātem
oēm q̄ sum.
super terrā.

Nō frigus dirāq; famē iuuenilia captāt:
Pectora: sed requies semp blandīssima nobis
Ora quādoquidē non pturbata fouemus
Ergo uos iuuenes quorū sunt mollia corda:
Atq; senes pariter quorū ē annoxior aetas:
Porrigite huc aures: currit mortalibus æuum
Et currunt sine fide dies libate uel æcis
Mellifluis genio: post mortē nulla uoluptas

Eccles. xyiii
sapiē. vi. &
Baruth. iiii.

RESPONSIO VIRTUTIS CARMINE elegiaco.
Carmine nugoso quid me male sana uoluptas

Lædis: & imbelli pectore bella paras?
 Quid fallax miseros: age perfida decipis artes?
 Illecebris mundus cur ruit usq; tuis?
 Quid sordis: luxusq; tuos: lanceq; uoraces
 Laudas: blanditiis gloria nulla tuis
 Aebrietas tibi fida comes: infamia pennis
 Circū te uolitat: & tua castra premit.
 Es fateor pulchro semper laqueata capistro:
 Sunt oculi molles: fronsq; petulca nimis
 In capite insignis fulgor: redimicula: uitæ
 Sertaq; dependent: purpureusq; color.
 Te chlamydes tyriæ uelant: te balteus ornat:
 Et te sidonio pur: pura tincta fuco.
 Non galeas armata geris: sed corpore nudo
 Allicis imbelles in tua uota uiros.
 Te iuxta Veneris stant atq; Cupidinis arcus:
 Et pueri cæci dira sagitta iacet
 Dextra tenet speculū quo splendet turba malorū
 Leua tenet luxus: & genus omne mali.
 Fronti nullus inest cādor: sed spurca libido.
 Nō pudor in uerbis: ingenuusq; iocus.
 Te duce per mūdū gemini tractātur amores:
 Te duce lāguescunt fortia mēbra ducum
 Te duce nobilitas perit: & uenerāda iuuentus
 Marcescit uotis dedita adusq; tuis
 Te duce morboꝝ patimur discrimina: mortes
 Ad stigosq; cadunt corpora nostra lacus
 Tu facis ingeniū torpens: tu pectora casta
 Inficis: & sensus non finis esse bonos
 In te decrescunt animi soluūtur & artus
 Corporis & semp esca doloris eris
 Ex te læthales morbi: genus omne malorū.
 Et gula manauit: delitiūq; malū.

Tu facis imbelles iuuenes: petulanſq; ſenecta
 Te duce concreſcit: bæſtia ſpurca nimis
 Pellicis in fraudes multos uitæq; tenebras
 Nil caſtū ſpura cōſpicuūq; doces
 In te non ratio: non puræ ſemina mentis.
 Ingeniū nullū. ſed mala liugua quidem.
 Multoꝝ claros egiffet dextra triumphoſ:
 Et multos caneret fama ſuperba duceſ:
 Si non blanditias: ſi non tua uota ſubiſſent
 Et ſimul impoſitis nigra uenena cadis
 Mœnia da: danidū: uertifti & pergama Troiæ:
 Per te parthorū regna ſuperba iacent.
 Regna iacent Aſiæ luxu conſumpta uoraciſ:
 Luxibus & ſquallent Attica regna tuis.
 Obruta ſunt Danaum fortiſſima mœnia per te:
 Atq; urbes ſodomæ morte rigante iacent
 Corinthuſ. Excidū per te dirū eſt experta Corinthoſ:
 Tarentum. Atq; Tarentinæ ſic periere domuſ
 Egiptuſ Lapa etiā per te ſordent Nilotica regna:
 Aſſyria Aſſirii per te ſic cecidere duce
 Sybariſ Te Sybariſ colleſ: te Rhodoſ: atq; Miletuſ
 Et uariuſ gentes contaminatſe palam eſt
 Milætuſ. Tu ſordoſ: Thraceſq; truceſ: tu blanda Getæſq;
 Thratia. Corrupiſ: diruſ inficiſ atq; malis
 Gæte. Sors mea nunc melior: quoniā me uita perenniſ.
 Sp̄tat: & æterno gloria parta gradu
 Degeneres animoſ patienti extollo labore.
 Cœli porta patet me duce aperta uiriſ.
 Hercules Amphitroniadeſ metuenda pericula uicit
 Iuliuſ ceſar Me duce: cœleſtiſ incolit aſtra dei.
 Me duce barbaricāſ gentes proſtrauit in armiſ.
 Alexander Iuliuſ & foelix ſydera clara premit
 magnuſ. Magnuſ Alexander noſtroſ comitatuſ honoreſ
 Ingenii pugnaſ: & fere bella tulit

Sic Paulus cōsul regem qui perſca uicit
 Me duce Romanis clara trophæa dedit.
 Me duce facundi fulgent Ciceronis houores.
 Et Maro Romanæ gloria magna togæ.
 Doctus Ariſtoteles noſtra hæc monumēta ſæquutus;
 Et plato: quo nuſq̃ maior in orbe fuit
 Cædida me coluit doctorū turba ſophorū;
 Ingeniū per nos eloquiūq; ualet
 Ad laudes geniros & dulcia munera diuum
 Fama trahit noſtri nominis atq; decus
 Aſpice quid multos repetā ſtat noſtra per orbem.
 Gloria/fama/salus/laus/honor/atq; decus.
 In te luxuries/ſaſtus/cōmertia foeda:
 Et putidū ſemp ſtillat ab ore malum.
 In me diuitia: uſtū/rectūq; piūq;
 In me conſiliū: gloria ſola mea eſt.
 Caſta mihi domus eſt: ſtant celſo colle penates.
 Hos tamē ingenuus ſcandit ubiq; labor.
 In uirtute labor: ſed & in ſudore uoluptas
 Atq; quies: magnis ſemp amanda uiris.
 Si e uelis famā ingenio ſectariet almā:
 Armifonæ ue iuuat uoluere ſigna deæ:
 Seu res ciuiles mer.to tractare fauore:
 Hæc animo infracto me duce cūcta facies.
 Quem labor & ſudor torquet/ uirtutis amore
 Aetherei tādē ſcādet ad aſtra poli.
 Virtus ſola regit terras: dominatur in alto.
 Diuidit & nutu dona beata ſuo.
 O iuuenes dū fatā ſinunt: expellite uanas;
 Corporis illecebras: loetiferūq; nefas.
 Imbuite aſt animos uirtutis dogmate ueſtros
 Vt ſapiant rectam pectora ueſtra fidem
 Latina nauis ſeu barca ſocialis
 Innumeros claſſes/ fatuos ſine ſine ſurentes

Pau. emilio
 Cicero
 Virgilius
 Ariſtoteles
 plato.

puer. viii
 Sapien. iiii.
 puer. ix.

puerb. viii.
 plau. in am
 phi.
 puer. vii.

SOCIETAS
fatuorum.

Gaudium ē
miseris soci
os hēre pe-
nag. sed nō
minus arde-
būt: q cū ml-
tis ardēt.

Qui inter
huiuscemo-
di letāt; &
esse sub sen-
tius delirias
cōputāt: filii
tūt stultorū
& ignobiliū
oppressi q̄si
fluctibus se-
mitis suis
fratres sunt
draconū &
socii structi-
onū. Sic fuit
ē & erit: si
milis simile
sibi querit
ii. q. i. multi
Eccle. xiii.
& vii.

Iob. xxx.
i. Esdre. v.
Sapien. i.
Ecclesi. i.



Hactenus in nostra ducere classe iuuat.
Si quis forte locū potuit minus accōmodatū
Nācisci: huc ueniat cū sociisq; uehat.
Currite sulcamus festinis æquora remis
Et pre: nit immēsum carbasa nostra fretū.

En socialis adest classis: properate sodales
 Et fatui pariter nūc properate meri
 Nā nostræ numerus sectæ est imensus: & aures.
 Ad uarias gētes tendit: & ad populos
 Nostra cohors e quidē totū cōplectitur orbē.
 Pauci sunt quos nō fœdera nostra premūt
 Ex Asia ueniunt rutilo sub sole creati
 Stulti nobiscū qui cita uela trahunt.
 Finibus Lybie ueniunt terraq; calenti
 Mausirii ibelles/ Ethiopeq; nigri.
 Migrant Hesperii: migrat quoq; gallia tota;
 Prorsus & a Bactris/ sedula turba ruit
 Ad nauē ueniūt gentes quas ultima Thyle
 Finibus extremis quasq; Britannus habet
 Et ueniunt Cymbri torui: flauiq; Sycambri
 Et uenit ex latio turba procera quidem.
 Arcetophylax gentes rigido sub sydere natus
 Trāsmittit: præbet subsidiūq; rati
 Sauromatæ ueniunt: pugnaq; quoq; turba Getarū
 Atq; Thraces ueniūt: Argoliciq; uiri.
 Et ueniunt oēs gentes: quas conspicit orbis:
 Quasq; fouent nitidi sydera clara poli:
 Cū sensibus iuuenes: fatua cū matre puella
 Intactus nullus hic gradusse potest.
 Ad classē celerē fatui properate sodales
 Currite: nauiculæ: nā mora cūcta nocet
 Tempus adest fulcare fretum: & nūc pādere uelum
 Currite: iā pgit fluctibus acta ratis.
 Maxima nunc regio superest penetrāda: sodales
 O fatui pedibus currite quæso citis
 Narraganū ad patriā & pmissas rēdimus oras
 Cogimur & stolidū spē subire solum.
 Nos tamē in tumido iactāt discrimina pōro.
 Plurima; sollicitas & quat t unda trabes

In oēm tēr/
 rā exiit so/
 nus eorum.

De hac ma Veliferiq; maris fauo clamore ciemus.
 teria. uirgi/ Fortuná: nil nos ípia uota iuuât
 lius in. i. & Per uarios casus: per seua pericula ponti
 iii. enei. Currimus: & uitæ nō modus ullus adest
 Scylla Et patimur lapsus tēpestatesq; sonoras:
 Charibdis. Et patimur medio naufraga fata mari.
 fyrtes Scyllæã rabiē siculis spectamus in undis:
 Atq; caribdæo gurgite transtra uolant.
 fyrenes. Per fyrtes lybicas remo sulcamus inertis:
 Triton Spectamus tumidi tristia monstra maris.
 Delphinos: phocas: syrenes: atq; uidemus
 Cyclops. Tritonas: inuisū prodigiūq; genus
 Vlysses. Torpemus cantu: quo nostras inficit aures
 Syren languenti nosq; sopore premit.
 Et Cyclopē grādē siculo spectamus in antro.
 Dulychius princeps quē timuisse potest.
 Quis locus est tutus: quo nūc confidere stulti
 Possunt & certos ædificare lares?
 Vsq; adeo tumidis prostrati mergimur undis
 Et portus tutus cartasa nostra fugit.
 Ha merito: quoniã nullo sapientia cultu
 Nos fouet: & stolidi figimus arma manu
 Circe Heu dea stultitiæ nobis nunc pocula Circe.
 Præbuit: & cantu pectora lassa ferit.
 Eheu quid miseri prodest errare sodales
 Quærite sed stabili littora tuta pede:
 Ne rapiant fragiles Neptunia monstra carinas:
 Sorbeat & nostras æquoris unda rates
 Neptunia
 puer. xiiii.
 & .xix.
 Job. xii. Vertimus naues fatuas latinis
 Psal. xxxvi. Versibus: plectro siquidē strepenti:
 Sebastiano. Gudimus normas modo per benignas
 Brant: gra/ Plaudite musæ
 tes agit. Gratias docto dabitis magistro.

EXCVSATIO IACOBI LOCHER. philomusi



DERISIO
boni operis

Ambulās re-
cto itinere
& timēs deū
despicit ab
eo q infami
gradit' uia.
Querit de-
risor sapien-
tiā & nō iue-
nit. Doctri-
na pruden-
tiū facilis
Qui deride-
tur inuoca-
bit deum &
exaudiet eū
Deridet .n.
iusti simpli-
citas.

Atq; doctori titulos merenti
Candidos; nostros legitis modos q;
Plaudite musæ.
Ad salutare quoq; disciplinas
Atq; sincere documenta uitæ.

Vertinus stultos numeris iocosos.

Plaudite musæ

Non decus mundi: titulusq; clari.

Nominis traxit: uolucrisq; fama

Ad salutare philomusa cantus

Plaudite musæ.

Non honos: laudes: precium ue molle:

Nec fames auri philomusa traxit

Ad sacri fontes nemores beatos:

Plaudite musæ.

Nil superborū cupimus uirorum.

Stēma: nec claros capitis corymbos

Nec sacre lauri cupimus corollam

Plaudite musæ.

Qui leget nostri titulū libelli:

Gratias nullas referat libello:

Eleuet sed Brant rogo perdisertum.

Plaudite musæ

Præbuit nostris alimenta nymphis:

Brans: & heroes tribuit beatos:

Estq; scriptorū uenerandus auctor

Plaudite musæ

Gratiæ dulces: lepidiq; uoces:

Et lepos blandus: lyricusq; neruus

Ex sinu illius fluitāt scatentq;

Plaudit musæ.

Sermo facundus: locuplexq; uena.

Structilis candor: calamus latinus

Nil sonat quod sit latio indecorū;

Plaudite musæ.

Sed modo diuos superos precamur.

Præbeant nobis ueniam benignam;

Pinximus q; sic fatuos inertes.

Plaudite musæ

Me locus nauis: fateos: requirit:

Calceos nōdū fatuos remouī.
 Stultus & nōdū posui cucullum
 Plaudite musæ.
 Sunt quibus nostræ placuere curæ.
 Sunt quibus nostræ satyre grauedo.
 Displicet; dextram ueniam precamur
 Plaudite musæ.

Nostra sic fari didicit iuuentus;
 Peruigil sudor neq; me disertum.
 Fecit haud magnos capio labores
 Plaudite musæ
 Scriberē formas potius pedestres;
 Sponte sed manant numeri canori.
 Barbarū qui me faciunt poetam;
 Plaudite musæ

Gratulor nostræ siquidem iuuentæ.
 Gratulor docto pariter magistro.
 Qui mihi suaues tribuit camœnas
 Plaudite musæ

Sæculo nostro siquidem diserto
 Gratulor; doctæ sileant Athenæ
 Et chorus uatum sileat latinus
 Plaudite musæ

Iâ fouet passim celebres poetas
 Theutonum sydus/gelidusq; Rhenus.
 Laudibus quorū monimēta fulgent;
 Plaudite musæ

Quid magis fingit latialis orbis
 Ritibus cultis; colimus platona.
 Atq; sublimen colimus Maronem;
 Plaudite musæ

Ergo certatim teneris camœnis
 Nauis & pictæ rudibus figuris.
 Et iuuentuti foueas precamur;
 Lector amicæ

SOCIALIS! NAVIS MECHANICORVM

BIBLIOTHECA AMERICANA
"JOSE TORIBIO DE ANA"



Stultorū trahit collecta caterua uirorū.
 Qui manibus quarunt sępe alimenta suis
 Artificis quisquis signū pratendit: & effert
 Quid sciat: & foueat qua ratione domū:
 Adfunt moechanici: quoq; uela ampla leuata:
 Cū celeri remo per freta uasta uolant
 Cur tamē hi fatui sint ad mea laxa uocati.
 Carbasā: iā cās cū rōne canā.
 Cū quoq; ueluti status inmutatur: in omni
 Tempore: nec stabili conditione manet
 Artificū pariter sic fit mutatio semp.
 Hos fatuos merito nostra carina uehit
 Hoc uitiū primū est: q; seruus quisq; magister
 Esse cupit callet & tamē ipse nihil:
 Artifices multi fatuiq; sine arte agantur:
 Stultitia merces diminuūtq; sua
 Alter in alterius dānū sudore laborat:
 Se tamē in primis decipit expolians
 Vendit opus magna forsan mercede paratum:
 Lucrat & uexat hunc q; liuor edax
 At tamē artificiiū deformis abusio sectæ.
 Paupertate graui corpora multa premittit
 Hi res mox uendūt positas prę merce minuta
 Hi precio uendūt pro liuiore suas
 Alter in alterius dānū cōtēnere lucrū
 Assolet: & uendit tunc male facta palā.
 Qui modico uēdūt precio: res nō bene factas
 Vēdūt: artifices hęc mala culpa notat
 Omnes qui cupiūt ēptores fallere blandis
 Fraudibus: hi certe se quoq; decipiunt
 Męchanici culpas & stigmata nigra merētur
 Turpātes opas/artificesq; manu:
 Decrescūt oēs mercatus: nemo fidelis
 Mercato: qui uis ditior esse cupit

puer. xi.

de elec. cum
 in magistrū
 lxi. dif. mife
 rū. xlix. dif.
 sacerdos.
 ezech. yi.

Leui. xxv

Eccle. xxvii

Rebus in humanis mutatio tanta laeessit
 Multos: atq; inopes reddit ubiq; uiros.
 Nō opus est multis facinus componere uerbis
 Artificū liuior: pectora cūcta trahit.

Tēporibus nostris qui cōstans esse laborat:
 Hunc stultū uulgu inspidūq; uocat.

DE NICOLAO RENNER: AC VPHAGO

Argefi. Sebastianus Brant.

Finis adest operis: nec te Nicolae uidere

In nostra potui Rennes amice rate.

Qui tamē innumeros fatuos facis: & tua multi.

Ora uident: acubus quae tibi plena scatent.

Quas comedis: rursumq; uoras: uomis: imbibis atq;

Præstigio hoc stultos fallis ubiq; tuos

Tu deus interdū scandis super æthera: rursum.

Decidis: & bibula cū grege pascha tenes.

Simca mater adest buccas deditq; illa: genasq;

Et linguas multas: ingeniūq; citū.

Addubito iccirco si te Gallos: uel Iberos

Inter Germanos: Italicosue locem

Hic posui artifices inter: uariq; negoci

Te turbā: nūq; solus enim esse potes.

Narragonū in patriā tecū proficiscat: in una

Naue: dabit socios urbs tua stultiuagos

Comedit
 multas acus
 simul

Saluator Iu
 dorum pa
 schalium

argefi. ples i
 uēiet socios

EPISTOLA IACOBI LOCHER. PHILOMYSI AD
 humanissimū fauorē suū D. Iohan. Bergmanū de Olpe.
 Archidiaconū Grādisuallis: huius operis pnotorem.

Et si nō dubito amice iucūdistime: plures nasuros Criti
 cos: nebulonesq; prophanatos: nostris lucubratiūculis: ia
 miam de extincta fauilla suscitatos esse: tamē iuuentus: no
 tra: qua suauioribus ac politioris doctrinae musulis semp

Accipietq; pio munera nostra sinu
 Exarmatus enim pharetris comitatur Apollo.
 Vos modo: cū fidibus auricomāq; lyra.
 Indit & arguta modulos testudine dulces
 Blandidulos saltat concinit atq; choros:
 Hoc dulce fœlicis numeri procedite: uulgus.
 Indoctū uobis nec nocumenta dabit.
 Impia nil rabies fatuorū; nulla nocebunt.
 Murmura: fortunā dexter Appollo feret.
 Seu uos fumificas æthenæ penetrare cauernas
 Contingat: siluas lestrygonūq; truces.
 Seu uos per lybicas sors inuidia uolant harenas
 Siue per augusti faxa sonora freti
 Siue molorchæum nemus aut per caspia regna.
